




A

THESAVRVS ANIMÆ,

IN QVO

Quilibet Christianus iucundo, pariterq; amæno colloquio imbuitur, instruiturque; Deum cognoscendi, timendi, nec non toto corde diligendi,

Insuper per eiusmodi pia media æternam salutem nanciscendi.

Proverbiorum I.

Sapientiam, & doctrinam stultè
Eremi *despiciunt.* Vigrensy

Ex antiquo (Anno 1551) exemplari Gallico in lucem editus in Germanicum idioma, nunc verò è Germano in latinum

transpositus.

1683.

Cum licentia Superiorum

VARSAVIÆ, Excudebat Carolus Ferdinandus Schreiber.



Cornua, cerne gerit, lector, sed cornua bina
Et Cerui & Tauri, Wesseliana Domus.
Iste graui passu, celeri prior at pede praestat;
Sicq; domi & campo condecet esse viros.
Cornua quî distincta scuto sunt atq; Coronâ?
Heròës bello, pace simulq; notes.

ILLVSTRISSIMO ac MAGNIFICO
DOMINO,
D. FRANCISCO WESSEL,
Palatinidæ Płocensi,
&c. &c.
Terræ ac Districtuum
Rozáneń, Mákouień,
&c. &c.
CAPITANEO:
Nec non Ordinis Seraphici Mecænati ac Patrono Amplissimo
P. P. P.

F*Lorem decerpere, non abscondere arborem*; ILLUSTRISSIME ac MAGNIFICE DOMINE, *soli alieni fructus, [dum id ars ac delectus expostulat] humiliter depromere, non indecorum esse aut inglorium; lucubrationibus re-*

Etè vti alienis, non factum indignè, immò eximiam, insignemq́ esse gloriam, submonet eminetißime Eminentißimus Hugo Cardinal. confrontando exordiũ prædicationis Baptistæ, primulæ prædicationi Christi; hic enimuerò quàmlibet ipsa Sapientia, supremus Archiater & Magister, Angelorum adeó Doctor: Non est dedignatus ab eodem inchoare prædicationem, à quo & Ioannes. Qui Matth. 3. v. 2. Pænitentiã agite &c. & c. 4. v. 17. Exinde cæpit Iesus prædicare & dicere: Pænitentiam agite: appropinquauit &c. porrò dum rem eandem Christus cum suo præcursore dicere voluit: quî ipsissima sui discipuli verba vsurpauit, aut vel non tantillum discrepauit? Vt respondet Doctor, non confundantur prædicatores &c. Non absimiliter & ego haud ignominiosum ac turpe, sed honorificum censui primulos conatus & lucem aliunde, adinstar Lunæ à Sole, commendicare, ac ornamenta vertere mutuariq; aliena. Quantulus namq; ego, ILLUSTRISSIME ac MAGNI

FICE DOMINE, *Vt in populo Christiano ac Catholico etiam vel non mea lecti-tentur Scripta? aut quantula ingenij ei eloquijq́; facultas, vt vel Expositio Thesauri Animæ, à me requiri possit? cui iure potissimo sufficisset (suadente Patriarcha meo Seraphico ac Sanctissimo) desiderare super omnia habee Spiritum Domini, &c. orare semper ad Deum &c. habere humilitatem in simplicitate mea, nec non desiderio mori, consequendæ illius, (quâ paulominús se periisse non diffitetur Cytharedus) humilitatis. Quippe quoniam Monachi adeoq́; Minoritæ (quod esse videor) peccatoris [quod sum] muneris officij haud est; condocefacere; sed lugere: non mouere, ast moueri: non scribere; sed gemere. Attamen sicuti exstimulauit opinantem minime, neq́; [quod veriùs putes]* ILLUSTRISSIME AC MAGNIFICE DOMINE, *per quietem in somnio videntem, ita & vicit, sollicitans, Magnæ auctoritatis, maioris deuotionis àc pietatis, maximè pro-*

fectò

fectò ad culmen perfectionis adspirans, & cum Christo in Cruce salutem omniū sitiens cuiusdam Benefactoris anima, pij cruoris pretio, appretiati Redemptoris inuenta; vt cæteroqui in lucem iam iãq; edita & passim ventilata, etiamnum vniuersaliori lingua, veluti plurimis notâ ac peruiâ, saltē adumbrare ac publicæ præsumpserim ostendere luci: quæ indubiè proferre, legendaq; sub optimis auspicijs Tuis ILLUSTRISSIME ac MAGNIFICE DOMINE, *ac impræsentiarum proponere, piâ præfidentia, contendo. Quidni contendam? munusculum ipsum quærere Te Patronum prensat & contendit: tanquā præ cæteris; & auctoritate pollentem, pietate ac prudentiâ præcellentem, in propugnatorem ac defensorem efflictim ac humili supplicatione deposcit, vt si minùs, cùm exquisitorum apparatu verborum, tùm haud eleganti adeò sermone, (vt pote principio suo impar,) Patroni saltem æqualitate gaudeat glorieturuè. Solicitabat profectò & expostulabat auita Tua*

ac in-

ac innatâ quâ probitas atq; in agendo dexteritas; quâ ſplendor & dignitas Illuſtriſſimi Nominis Tui, maius quodpiam digniusq;, atq; adeò, numeris omnibus, opus abſolutum: ſed quis à pauperè niſi perexiguum; aut vel pœniſsimè niſi nihil ſpectare ſolet? Nihilominùs ſollicitare non ceſſat exile vileúe quàmlibet opuſculum, & qualisqualis etiam vel mutuata opella: cui vltrò calcar addit, perquàm generoſi ac planè Principis animi Tui comitas, quâ indiſcriminatim ſummos, infimos & medioximos excipis, peculiariter verò perpauperem Ordinem noſtrum, omnes ac ſingulos eius alum nos complecteris, beneficijs inceſſanter proſequeris, eleemoſinis indefeſsè alis & nutris, ac verè paternè foues; imitando quodammodo Eũ [dixerim ſine fuco, aut vel colore quodam quæſito; ne modeſtiſsimas Tuas offendam aures, nec vel Tuæ modeſtiæ ſim moleſtiæ] qui pertranſiit benefaciendo. Teſtis eſt pauperrimus Conuentus noſter, qui buccellæ tuæ,

quam

quam nunquàm commedere solus ILLUSTRISSIME ac MAGNIFICE DOMINE, *consuêsti, in dies planè est particeps. Sed rumpere silentium iam iamq́; detrectem, refert, dum nihil minùs pati soles, quàm laudes etiam modestißimas. Accipe igitur solitâ tua humanitate & clementiâ, Thesaurum hunc, non vt illo ditescas, sed alios dites. ac ditescere facias. Nostrarum interim partium erit, Deum aßiduè deprecari, vt Te periclitanti Patriæ longos seruet in annos, ac felicitet, donec vita saturum Cælo transcribat, quod ardentißimis votis exanimitùs opto ac precor.*

Illustrissimæ ac Magnificæ
Dominationis Tuæ

humillimus


Sacellanus

Fr. Michàél.

PRÆFATIO AUCTORIS.

QVò maiorem rationem, notitiam, & experientiam homo accepti habet beneficij, & illo ingratus est; eò, è conuerso, vel maiorem pœnã promeruit & luere debet. Qui verò prædictum recognoscit, aut recolit beneficium, huic vel iure naturali, & maior Charitas exhibenda & amicitia commonstranda. O amantissime Dòmine IESV, omnes codices, volumina & libri pleni sunt notitiâ & verâ scientiâ, quam de tua Maiestate suprema, Diuinitate vel (vt sic dicam) Deitate sanctissima, tuo, inquam, æuiternò ac Cœlesti Patre habere tenemur, vltrà, quòd Sanctum Euangelium sanguine tuæ pretiosissimæ humanitatis depictum & purpuratum rutilat: quò te nobilitatem tuam perfectionem, & per nimiam dilectionem, quâ nos dilexisti, & adhuc semper diligis, meliùs nouerimus & sciamus. Omnes libri, Domine, scatent, mundus ipse plenus est, & abundat prædicatoribus, & tubis (quos tu misisti) nobis Omnipotentiam, excellẽtiam & virtutem tuam, annuntiantibus ac edocentibus, nosque ad amandum, colendum, laudandum, tibiq; gratias persoluendum trahentibus, & solùm Creatorem nostrum, & amantissimum Parentem cognoscendum. Nihilo minùs, Domine, mens nostra ingratitudinis & obliuionis plena, te indignissimè despicit & contemnit, adeò, vt nemo reperitur, qui te quærat. at omnes lucifugi in abstrusa, abdita & tenebrosa currunt loca, finem & segu-

angulos peccatorũ & improbitatum suarum quæritantes. Ea re, Domine Deus meus, hic tuus indignus seruulus, perexiguum istud, cum gratia tua, & benedictione & in tuo nomine, occepit & confecit opusculum, quò abs tuis creaturis meliùs, non ita cognosci, vt diligi possis, tibiq́ue competentiùs seruiri queat; i spontoneos tuos, ac tibi deuotos famulos, eo pio ad virtutem ac vitæ sanctimoniam exstimulandi erigendiq́ue gratia. Totum attamen, quod dicturus sum corrigendum doctioribus, & genuinæ puræq́ue Veritati humiliter subijcio, nec non vel infimo statui Sanctissimæ & immaculatæ Fidei Christianæ iure merito ac perlibenti animo cõmitto atq; resigno. Et quoniam acedia nostra quotidiana & socordia in tantum torpescuit & exareuit, adeòq́ue frigida desideria nostra in Charitatẽ tuam ordinatissimam labefactata, & perexigua existunt: egemus Domine auxilio & assistentiâ ad prouocandos ac trahendos nos, Vnicum Te vnicè diligendum. Quare totus hic libellus in parabolis & similitudinibus consistet, formam & normam tenens, quam Tu Domine seruasti, sæpiùsculè parabolis prædictis in altissima pariter ac profundissima doctrinæ tuæ abysso vtendo.



Aue

Aue Lector, & me parumper accipe.

CErtò ſciens certiùs, hunc THESAURUM ANIMÆ, iam à centum & vltra annis latinè redditum, acquieui tamen pio pii Benefactoris petito, reddentis rationem; quia tempeſtate hac & à paucis habetur, & à multis deſideratur. Quare, ſi quid minùs acutum, aſpectabile, conſpicuum, minùs genuinum, hoc totum ingenii mei exiguitati aut certè craſſitiei tribuas, ac æqui boniq́ue conſulas: atq; ſicut ego nunc pro te, ita & tu amice beneuole, pro me, ſim quamuis olimiam puluis & cinis, roga DEVM.

AP-

APPROBATIO.

EX *mandato Admodum Reuerēdi Patris* Gabrielis Rottermund, *Sacræ Theologiæ Lectoris ac Prædicatoris Generalis, Prouiuciæ Minoris Poloniæ, Magniq; Ducatus Lituaniæ, Vicarij Prouincialis; Vidi opus certè Lectore Catholico dignum, intitulatum* Thesaurus Animæ, *labore Multum Venerandi Patris* Michàélis Syman, *Ordinis ac Instituti nostri Mincritici professi Confessoris, ex Germanico idiomate Latinitati redditum; in quo nihil inuenitur aduersari Fidei Catholicæ, ac bonis moribus, immò eisdem incrementa virtutum augeri. Quapropter dignum censui, vt prælo mandetur. Datum in Conuentu Pragensi Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis* MARIÆ. *Die Iunij. Anno Domini 1683.*

Fr. Marianus Zerzenski, Prædicator generalis, Diffinitor Habitualis, Guardianus Pragensis mpria.

PRIMA PARS

CAPVT I.

De Humilitate.

HAbitabat in vastissima solitudine Sanctus quidam pius ac deuotus vir, qui ieiunijs, orationibus, vigilijs, Deo seruiuit; hic magno desiderio inflammatus, veram & perfectam sapientiam, Deiq; amorem, quantum quidem fas est & possibile homini in hac vita, acquirendi; statuit proin apud animũ suũ mundi totius ambitum peragrare, & inquirere, num quempiam reperire valeret, qui præasserta edoceret, demonstraret, informaretq;. Egressus igitur è casula sua, vehementi desiderio a-ctus, aliò se se conferendi. Ac postquam hic probus vir (cui nomen Desiderius) diutiùs peregrinatus esset, obuium habuit ouium Pastorem, qui in medio aprici prati cuiusdam, suas pascebat ouiculas, non sine magno desiderij gaudio, quandoquidem longo tempore & itinere peracto, neminem ibidem hominum vnquàm viderat. Frater, dicit Pastor, gratias ago Deo Ter Optimo Maximo, quod Te inuenerim. Beneveneritis,

 (sub-

(subinferebat Pastor)quid quæritis in hac solitudine ? tunc respondit Desiderius : Ego quæro Equitem qui hic pertransijt.

C A P V T II.

Instruit Prælatos & Spirituales Pastores.

DEsiderius admirabatur valdè, hominem tam benè instructum, & circumcinctũ omnibus pastori necessarijs. Primò namq; baculum manu tenebat, sportulam ad latus dextrum, calpodiaq; pedibus portans tunicâ oblongâ induebatur, ad latus sinistrum cornu à cingulo pendulum, & in latere dextro maiusculum: & circa sese binos canes, tuguriolum quoque non procul spinis tectum. Pastor cogitabundus, cernensq; desideriũ acutiùs, & subtiliùs se intuentem, dixit: quid me sic aspicis ? Num hactenus vidisti Pastorem ? imò multos, subsumebat Desiderius, sed nullum ita ornatè instructum, quàm Te; quare obnixè rogò, non verearis respondere ad interrogata. Nihil omnino, ait Pastor, verum tamen de quibus non ignoro. Dic mihi, ait Desiderius, ad quid gestas baculum manu? Quomodo hoc petis, dicit Pastor ? Nonnè & ipse

ipſe Paſtorem agis, & hoc neſcis? Fero illum, vt innitar, & illo ſuſtenter, ne ouiculas meas agens, ſiue minans, offendam vnquam aut cadam, eaſque hoc commodiùs regam, & in viam rectam inducam, ne aliquando errabundæ circumcurſitent, ſed inſimul maneant, & non quælibet ſecundum placitum, aliam quærat viam. Si namq; vna ab alia abit, aut retrò manet, dicto baculo eas pello, vt inuicem gradiantur, & ambulent. Aſt, inquit Deſiderius, in ſportula quid geris abſconditum? Varia, & multa, ait Paſtor, primò habeo in ea ſcintinnabulum ſeu ignitabulum & ſilicem, ad ignem eliciendum, meque in frigore, & tempeſtatum injuriâ calefaciendum, necnon, tam pro memetipſo, quàm famulis & pueris eſculenta coquendum, ad hæc autem & panem, allia, cepe, & lagenulam cum oleo & ſale, quæ frequenter do ouiculis meis, ſal præſertim. Ad quid portas calepodia, ſiue calceos ligneos? interrogabat Deſiderius Paſtor, quatenus brumali tempore à frigore & niue pedes calidos conſeruem; etenim ſi molles, delicatuloſque portarem calceos, in momento, & exnunc diſſoluerentur, & frangerentur. Ad quid tua, dicit Deſiderius, longa veſtis?

Hoc meum eſt indumentum, ait Paſtor; ſi enim tali carerem, Paſtor non audirem. Ex quo hoc confectum eſt quæſo, Deſideri⁹ ait? ex pellibus ouiũ, inquit Paſtor. Deſiderius: an non poſſes ex luporum aut aliarum ferarum pellibus tibi togam conficere? Non; dixit Paſtor; Oues namq; ſentirent, vel olfácerent pelles lupinas, & à me fugerent, verùm earum pellibus indutum diligunt, & obſequuntur. Indica mihi, dixit Deſiderius, quid habes in cornulo à cingulo pendulo? habeo inquit Paſtor, vnguentum, quo, dum oues pſorâ vel ſcabie tabeſcunt inungam illas & fricem. Sed & in altero, ad latus duntaxat dextrũ maiuſculo cornu quid? Habeo, inquit Paſtor, gypſum ad ſignandas oues meas, ne intermiſceantur alienis, aut etiam permixtæ diſparibus, dignoſcantur faciliùs. Verùm ad quid canes, dicit Deſiderius? Hi canes, dicit Paſtor, noctu latrant, perterrent, & fugant lupos vt ita in tuto ſeruentur oues, & ego ſecuriùs dormire queam. Cur tam exactè & ad amuſſim officium tuum exequeris? Quia, inquit Paſtor, habeo bonum herum, ſiue Patrem familias, qui & bonam & multam pollicitus eſt mihi mercedem, tametſi plus ex charitate erga illũ, quàm pro mercede id faciam. CA-

CAPVT III.

Tractat de eadem materia.

DEsiderius his omnibus in admirationem raptus & multùm ac mirificè delectatus, Pastoremque cuncta, charitate æstuante, agere audiens, dixit: Sodes frater, quandoquidem passim, campum istum obambulas, quæso te, vtrum possis mihi indicare de certo equite quodam, qui solus isthac perrexit, ac transijt, eâ de causâ, quòd è domo propria eiectus, & sui eum nec recognoscere, nec recipere voluère; quare non neminem perquirit; qui & recipere illum, & apud quem manere, vel cui cohabitare possit. Quod est, inquit Pastor, nomen equitis? Nomen illius, ait Desiderius est, AMOR DEI. Bene noui, vbi commoretur, dixit Pastor, quin si hasce Ouiculas meas vales, (sicut & ego) custodire, corde quoque & animo satis fortiter, easdem defendere, & commodè pascere, ducam te ad locum vbi Is est, ne sic Vagabundus diuageris Scito namq; ILLVM & impènsè. Pastores diligere, & libentissimè eis adhærere. Et quanquam sit Eques nobilissimus, nihilominùs Pastoris est filius. At

animaduerto te quidem humani, hone-
ftiq; viri perfonam gerere, verumtamen
complexionis debilioris te eſſe cernens,
puſillū hunc gregē folus cuſtodire haud
ſufficies, nec ſyluam hanc nimiam tranſi-
re valebis: neceſſum igitur tibi, aliam
in animum inducere viam. Quà, quærit
Deſiderius, viâ alterâ tendam, vel va-
dam? Amabò, dicit Paſtor, tranſire
opus habes hanc Eremum, & reperies
domum perpulchram nimis, quam non
niſi Virgines incolunt, quæ vlteriorem
certioremq; de Equite illo tibi miniſtra-
bunt informationem, vel reſolutionem;
eſt namq; tantæ probitatis, manſuetudi-
nis, humanitatis & virtutis Eques ille, vt
cuipiam ſeſe indifferenter aſſociet. Hæc
verba plurimùm placuerunt Deſiderio,
quippe bonam ſpem ſibi inſtillantia ſeu
ingerentia, AMOREM DEI reperiundi; di-
xit proinde Paſtori. Frater mi, rogo te,
non graueris mihi demonſtrare ſemitam
rectam, ne erraticus abeam. Nequeo, in-
quit Paſtor, deſerere Ouiculas, ſed præ-
ſtabo ſocium commodum, qui & dedu-
cet te, & viam, Deo auxiliante, oſtendet,
Canem videlicet hunc ductorem. Vt illi
nomen, dixit Deſiderius? Vocatur, (ait
Paſtor) BONA VOLVNTAS. Subſumpſit
Deſide-

Desiderius: Deus maneat tecum. Pastor: ito in pace.

CAPVT IV.

De Domo Humilitatis.

SIc relicto Pastore, Desiderius accinxit sese itineri, comite Cane, qui summopere, eum confirmabat, roborabat, & consolabatur. Profectus multos dies, & noctes tandem die quodam dominico in prato quopiam peramœno ac læto stetit, quod nihilominùs terrâ desertâ, inuiâ, & inaquosâ circumcinctũ erat: admiransq; ac circumspiciens se in aprico, adeò viridi, & florenti loco adstitisse circumdato, tam siccâ, lapidosâ, plenâ spinis & tribulis planitie; sed & in Centro prati prædicti perpulchra extructa erat domus, quæ summè ipsum recreabat, reficiebatq; Accedens autem propiùs, vidit portam occlusam, & speciosam nimis calamistratamq; deforis adstantem Virginem, quæ & honesta valde veste ad pedes defluâ, morumque elegantiâ mirificè fulgebat, Canemq; quem secum ducebat Desiderius, cernens, expauit, & perterrita clamorem edere cæpit. Expauescere noli, bona Domina, inquit Desiderius, quippe quòd

quòd ſciam, Canem hunc meum, nemi-
nem vſpiam læſiſſe; admirantiq; Deſide-
rius, ad Virginem vltrò dixit. Delectiſ-
ſima ſoror, quid cauſæ eſt tuæ hîc expe-
ctationis, vt pote ſola cum ſis? Præſto-
lor ait, quouſq; valuæ aperiantur, & in-
trare valeam. Quomodo, amabò, tibi
Nomen? Nomen meum eſt, VANA GLO-
RIA. Interim diu moras nectere habebat
Deſiderius, antequam aperiretur oſtium;
videns verò in vanum ſe commorari, cæ-
pit pulſare malleo ad ianuam pendulo,
ſimulq; vociferari, quatenus ſibi pande-
retur porta; malleus quippe vocabatur,
LONGANIMITAS: Et ecce ſenex quidam
venerandus, honeſtate veſtium, grauita-
teq; morum prodibat, aperiens Portam,
(erat quippe & Oſtiarius, & Cuſtos Do-
mûs totius, vocabaturuè TIMOR DEI)
Deſiderius magis ac magis jucũdabatur
tam ornato honeſtoq; viro, cui & debi-
tum cultum exhibens, manumq; exoſcu-
lans, in hæc dicebat verba: Domine, cau-
ſa eſt aduentûs mei, perquirere de Equi-
te, cui nomen: AMOR DEI; & dictum
mihi, quòd deſcenderit per hanc ſolitu-
dinem, ac ædes has intrauerit; perli-
benter igitur noſſem, vtrum intus ſit?
Portulanus mirabili afficiebatur lætitiâ,
quippe

quippe qui Amorem Dei cordicitùs, ac vehementissimè diligebat, eâ de causâ, quia Frater ipsi germanus erat, & exorsus sermonem hunc dixit: Fili, quare Illum quæris Equitem? & quid tibi, ac illi? Pater mi ait Desiderius, inquiro illum, quòd & mihi perbellè placet & operâ eius maximè indigeo. Quid est inquit TIMOR DEI, estné aliquid eiusmodi, quod dicere, aut reuelare non audeas? Domine mi, infit Desiderius, HOC EST: quòd percupiam & exoptem sibi esse à seruitijs, vt meus sit disciplinæ & Magister, & herus. Etenim in his omnibus regionibus, haud inueni Magistrum, & Dominum, ad libitum meum; tametsi multi me ad obsequia sua & voluêre, & expetiêre; donec relatum mihi de hoc Nobilissimo, Optimo, & benignissimo Domino, qui & sibi famulantibus magnam perpinguemque mercedem, ac remunerationem tribuat, insuper cum sit ditissimus, adhuc autem mitissimus, ac mansuetissimus audiat. Equidem ita est, ait Ostiarius, Equitem isthac pertransijsse: ast paruo admodum famulatu, & pauco nimis sibi adhærente comitatu: attamen ad præsens intus non est, sedmorare pauxillum, donec accersa Virgo nonnulla referat, & dicat tibi, vbinam sit reperibilis.

 CA-

CAPVT V.

Qualiter vana gloria custodiâ portæ fungatur.

DEsiderius promptè ac obsequiosè præstolabatur cum assistente sibi Portulano, Virginem, & post pauxillulùm moræ, venit humilitate, & honestate Virgo apprimè conspicua, humanissimè Desiderium salutans, quam & ille reciprocè pariter salutauit, dicens: Bona virgo, peto, indica mihi nomen tuum? Nominor ait illa, NIL CVRO. Et hæc domus quomodo vocatur ait. Vocatur, inquit illa, DOMVS HVMILITATIS; idcircò, quod in illa multæ sint Virgines, quarum superior dicitur HVMILITAS. Illa verò, quæ foribus adstat extra, quo, inquit Desiderius, nomine gaudet? vocitatur ait Virgo, VANA GLORIA hæc ostiū custodit, vt intre possit, dum aperitur, & si Ostiarius incurius fore, aut suæ functioni, officioque non bellè attenderet, aperiretq; incautè, aut nimium eualuaret fores, intrare vtiq; posset. Desid: Quare illā haud intromittitis, vt pote, quæ forma, verbis, vestimentis, gestibus, ac moribus honesta præfulget omnimodam consequenter præseferre videtur probitatem: Proh dolor!

dolor! Frater, aitilla, non bene illam nosti. Est nãq; fera pessima. Nã quò moribus, & vestitu humilior, & probior apparet, eò deterior & peior audit. Quid mali vobis affert? inquit Desiderius, Quod manus ejus prævalet, ait. Filia siquidẽ est mali parentis, qui vocatur AMOR PROPRIVS, & matris dictæ: PROPRIVM SENTIRE; vterq; Parens cum ipsapariter Filia, nostri sunt, in hoc mundo, capitales, & infensissimi hostes, insuper præfato Equiti (qui noster Paterfamilias est, appellaturq; Amor DEI) maximè contrarià. Quoniam verò nosse vis, quid mali nobis hûc intrans faciat? est ipsa vorax, & gulosa, nimiumq; curiosa, prima præ nobis singulis, in hortum incurrit, optimos quoslibet, optimæ arboris, fructus, quibus totâ vitâ nostrâ sustentamur, comedit, dato, quod vnica inibi sit arbor tantilli fructus, vt vix nobis sufficiat. Quos cum fructus surripuerit, tam pauperrimæ sumus, quò nihil omnino nobis supersit, adeòq; his omnibus deteriùs est, quòd sit dicacula, & adulatrix famosissima, & si vel semel ingressus ipsi pateret, jam nullus inueniretur, qui eam nisi, summo adhibito labore, ejicere, & deturbare posset, vnicâ superiore nostrâ

 exceptâ,

exceptâ, quam vbi primùm conſpexerit, confeſtim fugam arripit. Quare præſtat, vt ingreſſu hinc arceatur, viſumq; nobis optimum, ſeniculum hunc foribus præficere, vtpote, qui parumper auſterus & ſeuerus eſt, & oſtium oculis illius obtrudit, & perquám caute ambulat, ne ingrediatur; rogatus inſuper á nobis, quátenus rectè & acuratè munus ſuum obeat, quando & quoties aperiendæ ſunt fores, non totas eualuet, aut etiam eualuatas apertasq; relinquat. In ſtuporem Deſiderius, verbis huius Virginis, actus, dixit: Neceſſum habetis bene cuſtodire, & obfirmare oſtium, quando tantum vos incommodat, & tantum nocumenti adfert.

CAPVT VI.

Medium, modus, viaue, ad Humilitatem pergendi.

DIcito mihi, ait Deſiderius, quiſnam te in non minùs pulchrã hanc, quam & honeſtam domum, virtuoſamq; introduxerit? Duæ Virgines, reſpondit illa, introduxerunt: Vna appellabatur, CONTEMPTVS MVNDI; altera veró CONTEMPTVS PROPRIVS, ſiue SVI IPSIVS; quæ

formà primam præstabat, sanctiorq; audiebat. Hæ binæ Virgines ducebant me, rogabantq; superiorem, Virginem Matrem nostram, vt sibi placeret me recipere; at nunquam fecisset, aut recepisset, nisi ob amorem Equitis cuiusdam, nobis itinerantibus, obuiantis, & hûc nobiscũ venientis, quem propter, hac me veste donauit, & in suam recepit Virginem. Nam si Deus hanc nobis non præstitisset gratiam, & Eques simul nobiscum haud venisset, in cassum vitam tam prolixam dimensi fuissemus, quandoquidem haud vnquam recepissent me, & oleum, & operam, quod aiunt, perdidissem. Quod nomen, ait Desiderius, Equiti illi? Tunc referebat illa, AMOR DEI Placuit ergo Desiderio, Amorẽ DEI tam benignissimã gerere personã, cuius gratiâ, tot tantaq; agerentur, sicq; magis ac magis amore illius inflãmabatur, Soror mea, ait Desiderius, quæso, Duæ illæ Virgines introducentes te, cuius prosapiæ, aut generis fuere? siquidem multum refert aut facit, ad probitatem & virtuosam vitam, honesti & virtuosi Parentis esse prolem; arbor namq; libenter, & communiter succum, & vim sumit à radice. Prosapiam illarum, ait illa, probè noui, sunt enim
 de ma-

de magna, & notabili Familia, & Pater earum est præstantissimus, & supremus in Aula Regis, vocaturq; COGNITIO. Noui etiam Patrem ipsius, qui huius Virginis Inspector est, appellaturq; ADVERTENTIA, & est strenuè honestus, & Vir admodum prudens, qui negotia sua rectè administrat, hic accipiebat sibi in vxorem Matremfámilias quandam, quæ nominabatur SAPIENTIA? Tunc aiebat Desiderius. Eques quem obuium habuistis, venitne solus ad vos? Non, dixit illa, habebat namq; juvenem penes se, quem maximo prosequabatur amore, nuncupabaturq; AMOR PROXIMI. Num, quæsiuit Desiderius, dicere mihi potes, quorsum abijt Eques præfatus? Possum vtique, respondit illa, sed intremus domum, ducam te ad quasdam, quæ te melius informabunt. Interim, viso cane, ait Virgo. Deus meus, ad quid tibi hic canis magnus prodest? qui respondit: donatus est mihi, cum antea habuerim in Camera mea parvum, donec ad ouium pastorem veni, qui mihi hunc maiorem in ductorem, per solitudinem hanc, tribuit. Quomodo, ait illa, vocatur? vocatur inquit Desiderius, BONA VOLVNTAS. Optimus anè, ait illa, canis, si vales illum conser-
uare,

uare, ſatis ſecurus es, quouſq́; tecum fuerit, nihil mali tibi eueniet, neq́; ſolicitus ſis, te quandoq́; erraturum. Dicito, inquit Deſiderius, quiſnam mihi Equitem illum monſtrabit ? Frater, inquit illa, Procul hinc manet, & longa tibi nimis, per Eremum, reſtat via, ad illum veniendi, atq́; ad minimum habes iter ſeptem dierum. Septem ſunt namq́; ædes ſiue domus in ſolitudine hac, nullaq́; datur alia via, quàm iſta. Nihilominùs Amoris Dei ergò, quem tantopere cupis, oſtendam tibi ſemitam breuiuſculam, quâ citiùs, ac commodiùs peruenias; aſt ſequi habes conſilium meum. Deſiderius magis ac magis confortabatur, & animabatur, quia duntaxat inſinuârat illa ob AMOREM DEI viam ſibi oſtenſam iri, dicito, inquiens, quæcunq́; placent, perlibenter, & ad nutum cuncta præſtabo, dummodo Dei amorem reperiri poſſibile ſit. Ad hæc in eiuſmodi infit verba, Virgo. Octo ſunt domus, è quibus hanc primam numeres eſtq́; iſta. Domus Humilitatis; ſecunda Iuſtitiæ; tertia Sapientiæ; quarta Fortitudinis; quinta Temperantiæ; ſexta Fidei; ſeptima Spei; octaua Charitatis: In vltima hac manet, ſiue habitat Amor Dei, & agit Portula-

num

num inibi; hac ſolummodo viâ proficiſcendum tibi, ſi aliâs peruenire deſideras. Verum tamen, prout ſupra dixeram, monſtrabo tibi ſemitam, per quam eundo, viam abbreuiabis, breuiq; tempore peruenies, terminumque apprehendes: ſed aliqua temporis intercapidine, in domo iſta tibi manendum conſulo, quatenùs omnem domus curam notes, addiſcas, memoriâq; retineas. & cum ſuperiore noſtra, atq; filia eius in cognitionem deuenias, Nomina quoq; earum ſtatum, conditionem, moreſq; non obliuiſcaris, ſed quàm optimè noueris; ſic, vbi cunctas domûs iſtius intus & foris proprietates ac conditiones pernoueris, expertuſque fueris, nec non epiſtolium quodpiam ſiue literas Amori Dei à Nobis attuleris, ob vehementem amorem, erga domum iſtam ſibi contiguam & affinem, te incunctanter perlibenti voluntate recipiet, maxime ſi literas ſibi à ſuperiore noſtra datas, aſportaueris. Vnde, & quam ob rem vos, ait Deſiderius, Eques ille, tam tenerrimè diligit; vt pote, quæ videmini pauperrimæ; humillimæ, pauciſſimæq; ? Scias rogo, ait Virgo, quòd domus iſta prima præ cæteris, in ſolitudine hac extructa, & reliquæ

omnes

omnes huic subjectæ sint. Adhuc autem supremus noster Paterfamilias, & Rector, qui eandem ædificauit, inhabitat illam. Et tametsi obequitet solitudinem istam, lustrando, visendo ædes omnes, & in bono ordine conseruando; attamen haud vult aliter nuncupari, nisi: Filius domûs istius, & hîc primum habitum suscepit, eoq; à nobis, indutus est. Verba hæc Virginis istius adeò placuêre Desiderio, vt cor eius quasi gladio transfoderetur, amoreq; inflammaretur, intellexit namq; optime quid prætenderet Virgo, & in hæc dixit verba, se prompti animi desiderio, quàm etiamsi diutissime inibi permanere, & omnes animi difficultates, & labores subire, experientiæ gratiâ, vellet. Intremus proinde, ait Virgo, & apprehensa manu, illum introduxit.

CAPVT VII.

De sermone quem Humilitas ad Desiderium habuit.

ÆDificatio & structura domûs placuit admodum Desiderio, admirabaturq; pulchritudinem internam, quippe quæ deforis tam simplex, & vilis existebat. Non erat etenim in altum erecta, picturâ,

aut aliquo fuco adornata; sed depressa, humilis, ac vilis, neq; in arena, aut palude, verùm in viuo lapide posita, & constituta. Postquam autem Orationem in propitiatorio suam absoluisset, induxit eum Virgo in cameram Superioris, quæ quàm humanissimè eum excepit, vtpote videns illum tam deuotum, rogauitq; vt sibi assideret, & dixit: Fili mi, quæ causa aduentûs tui ad nos, cum cernas sic pauperculas, viles, simplices, comtemptasq; nos omnes? Proh Domina! inquit Desiderius, inuestigo & quæro Equitem quendam cui nomen: AMOR DEI, dictumq; mihi, quod non sit reperibilis, nisi mansero aliquandiu, apud vos; quare si libet, vellem percuperemq; sub regimine, & obedientia esse vestra. Ait superior illi; bonam voluntatem, desideriumque tuum admodum approbo; nihilominùs vide, & præpondera bene facienda, ac fienda, ne postmodum te pæniteat. Deus concedat mihi suam gratiam, inquit ille, in omniq; bono, & virtutibus constantiam. Amen, aiebat illa, prosperet, & confirmet cuncta Deus, quæ operatus est in te. Verumtamen per necessarium est, Fili, vt ex te secundum posse tuum facias, quatenus Deus residuum perficiat. Quid

tale

tale faciendum mihi, dixit ille? Dicam tibi, inquit illa, visne hîc habitare? & ne tibi exeundi via ostẽdatur, aut cum confusione extrudaris quandoque, oportet, vt hanc filiam meam, quæ te introduxit huc, in amicam & Magistram áccipias, nomen illi: Nihil Curo. Cui proptetea hoc officium siue munus commisimus, hospites excipiendi duntaxat; Est namque semper Nouitiorum Magistra & Rectrix, & qui renuunt esse sub ditione ipsius, semper inconstantes, & instabiles euadunt. Gaudeo valde, inquit Desiderius, illam habere ductricem & Magistrã, verùm Domina mea, obnixè rogo, quatenus mihi nomen tuum, genus, prosapiam, proprietatem, functionem, & statum insinues, & inculces; insuper, quali modo hic superior harum Virginum audias, edisseras; etenim, vti mihi dictum est, scire debeo omnium Virginum Officium, & statum prænoscere; quatenus vbi illas sciero, & nouero, meliùs amore illas prosequar; sed & vbi hinc discessero sciam ijs, qui me interrogauerint, meliorem dare informationem. Nomen meum est, infit illa, Hvmilitas, & meus Parens appellatur Contemptvs Svimet-ipsivs, & qui me in Matremfamilias elegit

git nominatur COGNITIO DEI, meus A-
vus originem ſuam duxit; de Ciuitate
quadam, nuncupata MEMENTO, quid ſis,
quid fueris, & quid adhuc eris, aut eſſe
per gratiam DEI poteris. Meus autem
Parens, de Ciuitate quadam, erat oriun-
dus, dicta: MEMORIA AMORIS DEI. Ac
proinde ad prænominatum proprium Pa-
tris mei proficiſcendi, binæ tantummo-
do viæ, & portæ binæ habentur: Vna
via eſt, Ipſemet. Altera autem Creatu-
ræ; Et dixit, Neminem antedictas por-
tas intrare poſſe, niſi volando. Ceterùm
quod Dominus noſter, Ciuitatem hanc,
propriâ ædificauit manu. Etenim nullus
datur hac in mundi Machina, qui Ciui-
tatem tam bonam, perpulchram, & pro-
bè munitam exſtruere poſſit, niſi ille,
Quî, ait Deſiderius, fieri queat, vt Do-
minus noſter, (quippe qui nobiliſſimus
eſt) Murarium agere, & opus luti & late-
ris, tractare, mánibusq; tangere non ab-
horreat, aut non erubeſcat? Abſit, ait
illa, eſt namq; peridoneus, & perfectus
Magiſter, bonus Murarius, & Archite-
ctus inſignis, dicitq; non in alio ſe dele-
ctari, quàm è limo terræ, ædificium ela-
borare, ac erigere, Murumq; exſtruere.
Cur; agit ille, ita facit, quandoquidem

nihil opus habet, & nulla re indiget? Ob hanc causam, inquit illa, quòd totus sit bonus, & nunquam otiari velit, sed semper laborem otio præfert, hominibusq; adminiculo, aut commodo esse percupit, adeoq; in omnibus actionibus suis, non nisi fortunam, salutem, & bonum cuiusuis quærit, & prospicit; dummodo ipsi honor, & laus, soli detur, & semper tribuatur. Propterea talia agit, & ex tam vili producit materia [scilicet omnia de terra] Nihilominus pro his vniversis vult benedici, & laudari. In mentis stuporem actus Desiderius dixit. Miror, quòd talis, ac tantus Dynastes, laudibus extolli cupit, vt potè, qui in continuo versatur discrimine Vanâ titillandi aut extollendi gloriâ. Nequaquam, dixit illa, quandoquidem adeò perfectus est, vt impossibile sit, in eum cadere imperfectionem vllam, aut defectum; honor quippe ipsi impensus non est vanus, sed congenitus, & nullo prorsùs modo ipsum dedecet; sed & tametsi maximus illi cultus & honos, quantumcunq; quis potest exhibere, deferatur, in comparátione tamen, & secundum debitum, ac conueniens, nec non dignitati eius competens, nunquam & nusquam condigna
 ci laus

ei laus tribui sufficit. Eaq; de causa laudari, & exaltari vult, non quia arrogans est, sed iustissimus cum sit, vult vnicuiq;, quod suum est proprium, reddi. Siquidem verò illi (qui solus bonus est) omnis honor laus, & gloria debetur, vult etiam sibi soli eadem dari: Et quando alius prædictum desiderat honorem, licet ipsius proprius foret, vanus tamen est, & furatur illi cui debetur, potestq; communiter haberi tanquam deliberatus fur aut latro, quòd præsumpserit hoc, quod alij proprium erat, contra Domini scire, sentire, & velle, vsurpare, & possidere.

CAPVT VIII.

Prosequitur sermonem Humilitatis.

DEsiderius in hæc infit verba. Obnixè precor Domina Mater, quoniam enarrasti prosapiam tuam, placeat edisserere, quali modo, huius domûs superior facta sis; videtur enim mihi permagnum, & summa laus esse, & fortassis ego quoq; superiorem agere possem domûs alicuius: etenim magna differentia intercedit, regere inter, & regi. His auditis, Humilitas, vix continere se quiuit à lachrymis. Proin Desiderius interrogat.

gat. Supplex oro, Domina, quæ causa tui fletûs? Fili, inquit illa, idcircò ploro, quòd videam te forinsecùs, non verò Humilitatis veste indutum, adeòq; nomine solum deuotum, cordis autem pietate prorsùs destitutum. Sermone igitur mecum collato totaliter frustratum te video; eâ de causâ, quòd eiusmodi cogitatus, & desideria Mihi, Patri meo, ac Iesu Amantissimo aduersentur omninò, qui neq; verbis, neq; operibus, quærit, aut vult imperare, & non venit ministrari, sed ministrare. Quare qui hac aberrat via, eligit indubiè viam perditionis & damnationis, adeòq; non viam graditur salutis. Pauperibus siquidem, ac miserrimis, quales nos sumus, quæ aliorum gaudemus regimine, sufficeret ipsasmet nos regere nosse; miser admodum est pauor regiminis, & plenus solicitudine, angustiâ, labore, tædio, periculo, qui, cùm non sine magna pœnâ cordisq; dolore, teneatur, tamen omni confusione dignus habetur. O graue onus! Cui nihil, perpetua nisi cura, & labor continuus subest & adhæret, ac ex quo jure meritissimo gratitudo, & merces speranda foret, nihil lucramur præter odiū, murmur, & maleuolentiam. Ast si placet intus ali-

quandiu manere, experientia vtiq; probatum dabit. Quod attinet quæstionem; quali duntaxat modo superior facta sim? dicam tibi secreta mea, & Amoris Dei ergò, mei arcana cordis non absondam, & indubitanter pandam, dicoque. Vbi hanc intraui Domum; propositum meum erat, brutum me esse, vel jumentum aliarumq; Virginũ nedum pedissequam, sed & prorsùs mancipium; & hoc intentum adeò amplector, ambio & cordi imprimo, vt sine intermissione ruminando, Deum rogem, quatenùs id ipsum charum mihi, & suaue efficiatur; quandoquidem Dominus noster mihi prædictũ desponsauit propositum, atq; hic Maritus meus, officium mihi hoc procurauit; quamuis nec vellem illud, nec cuperem. His auditis Desiderius censuit Virginem summæ virtutis, quæ se, duntaxat propter amorem Dei, corde & animo adeò vilipendebat; & aduertens eam esse Virginem, (bene vtiq; colligebat ipsam de spirituali, non verò de carnali, loqui connubio) dixit. Qui in superiorem eligi vult, vt video, priùs humilietur, præstat, sicut & tu. Ita est Fili, ait illa, & si bene intelligis, verba sunt supremæ veritatis. Quî intelligere id potero, aiebat Deside-
rius?

rius ? ſciendum tibi, inquit illa, quòd, qui ſe humiliat, exaltetur : nihilo minùs ne ex opinione præconceptoq; ſe humiliet propoſito, ne duntaxat exinde deſideret laudibus euehi hominum; in hoc alioquin caſu ſuperbus audiret omninò ; Superbia autem, & Humilitas opponuntur ad inuicẽ, adeòq; (quod deterius eſt) directè contradicunt ſibi, ſuntq; ſemper in continuã guerrã. Etenim ex opere, quod quis peragit, ſi humiliati ſtuduerit, non poteſt extolli. Certò certiùs exiſtimo in opere humilitatem ſemper inueniri: Verumtamen perſona iſtius, ita ſe humiliantis, in ſemetipſa reperitur eſſe ſuperba. Eapropter, quia opus, nomen, & titulum ſuum ex fine, ac intentione ſumit, talis humilitas ſuperbia cenſetur; ſicq; humilitas, non per vnum reſpectũ ſuperba eſt, at per plures. Quod enim ad opus attinet : eſt extrinſecè humilitas, finis verò ſuperbia. Rectè igitur dicendo; humilitas ſuperbiæ non contrariatur, bene autem ſpiritus humilitati; & impoſſibile fore exiſtimo, ambas ſecum commanere poſſe. Humilitas etenim ipſa eſt opus, ſpiritus autem humilitatis, ſimul cum propoſito ſeſe humiliandi, perfectum dat opus & conſummatum.

CAPVT IX.

Prosequitur eundem sermonem, & de pugna contra peccatum.

HIc meus Maritus, dixit Humilitas, fidelis mihi est, & in quadam discordia, adjutorio mihi fuit, quæ (discordia) cum Domina nonnulla, nec non cum Virginibus alterius domûs dictæ: Superbia, mihi manet. Superior verò eiusdem domûs vocatur superbia vitæ, quæ in dies rixas ad rixas nectit in tantùm, vt etiã non erubescat vnguibus mihi in oculos insilire; adducit insuper secum aliam superiorem præfatæ Domus dictam: CONCUPISCENTIA CARNIS; & Materfamilias ipsius: Concupiscentia oculorum. Tribus his associata venit improba admodùm Virgo, nempè illarum Mater, quæ omnes educauit, appellaturq; Obliuio. Quæ interdum debilis est viribus, quare etiã de facili & citò vincitur; & quandoque in tantũ cibo & potu ventrẽ replet, aggrauat & onerat, vt robustã, grossam nimis, ac periculosã se reddat: huic adjuncta supervenit fatua pedissequa, seu serua, malè educata, edocta, perquàm exilis intellectûs, vocabulo: MALITIA, cum

cum qua tres aliæ adſunt præſtò, quarũ prima dicitur IRA, ſecunda ACEDIA, tertia INVIDIA: his conjunctæ ſunt binæ aliæ, nuncupatæ: MALA SVSPICIO, & falſum IVDICIVM. Hæ omnes meæ ſunt hoſtes, & aduerſatrices, quibuſcũ, continuâ ſum in rixa, sẽperq; pugnare, & digladiari, teneor. Quæ vbi intrauerint, ſumo Maritum meum, mecum, ſicque exnunc expellimus quàm citiſſimè omnes, vt velint, nolint, cadant in tergũ retrorsùm. Hæc itaq; agentes, nulli rei alij ſtudemus, quàm ne Virgo dicta: VANA GLORIA deforis à januis adſtans, ſeſe ingerat, intromittatq; ſi namq; ſemel intraret, deſpoliaremur vtique, & defraudaremur cunctis fructib⁹, & delectamentis, quæ habuimus alioqui ad illas vincendum, & extrudendum; adeoque, vacuæ, & exhauſtæ manentes, operibus ac labore noſtro veſci nequiremus. Siquidem, infert Deſiderius, illæ vobis vt noceant, intrare aſſolent, quid eſt, quod alia præforibus adſtans, cum prædictis ingredi non permittatur? Iſtud eſt cauſæ, reſpondit Virgo: quòd aliæ Virgines alatæ ſint, & non per portam ingrediantur, ſed per murum inuolant, ac interdum, adeò abſconduntur; vt nihil mali, aut pericu-

losi nobis arbitrantibus adesse, in angulis abditæ confidentes, insperatissimo per optimoq; tempore, nec vel nobis cogitantibus, in Domo intùs circumeant. Quamobrem pernecessarium esse putes, vt cautè valde ambulemus præcipuè ne inopinatò aliquam nostrûm aggrediantur, molestent infestentque. Ad seriem rei, ait Desiderius, accedamus: Cur guerram hanc, & discordiam cum illis geritis? Deturbamus, pellimusq; ait Humilitas, eas domo; altercamur, & rixamur cum illis, ideò; quòd Dei Amori hostes, & aduersatrices sint, qui tamen supremus noster superior, & fundator existit. Sicq; in his, quæ illius Amori directè contraponuntur, cum nemine pactum inimus ac ferimus.

CAPVT X.

Prosequitur præfatum discursum; contra Concupiscentiam carnis.

DEsiderio bona voluntas, & fidelitas incredibilis, quâ Humilitas in Amorem Dei ferebatur, summoperè placuit, ideoq; dixit: Domina mea, discuperem perlibenter mihi, medium viamq; monstrari, quibusnam Malas Virgines, foras detur-

deturbetis? Optarem & ego quidem tibi bonam dare instructionem, sed quia necdum naturæ tuæ constitutionem pernoui, spiritûs, ac animi, non calleo propositum, sed tantùm signa quædam animi tui, vt, per transennam, video, indubio versor. Mel enimverò non cuilibet dulce, ob multifariam, & diuersam constitutionem, complexionemq; naturæ. Domina, inquit Desiderius, vt hîc adsto, & sicuti me vides coram, trado totaliter me in manus tuas, omne sentire, & intelligere meum, tuo (sentire) subjicio, tantùmmodò: medium monstrato Amorem Dei reperiundi. Libentissimè faciam, dixit illa, & secretum, meũ quotidianum exercitiũ, tibi pandã, explicatumq; dabo. Primò igitur sanctum meum propositum (de quo antea insinuâram) medio Contemptu mei, Reginam me totius mundi constituit ac effecit; atq; mortificatione, Domina corporis mei, & mali spiritûs audio: per humilitatem communitatis totius ac populi; adeòq; (quod maximum est) meæ ipsius rectrix facta sum. Et quoniam populus meus, adlaborare me, ac vnicè studere cernit, vt, nempe, AMORI DEI placeam, proinde solùm familia mea mihi

 aduersa-

aduerſatur: at ego ſola, ſimul cum præfato Marito, pace, ac tranquillitate omnimoda perfruimur. Deſiderius vehementer admirabatur virtutem, virilitatem, ac fortitudinem Mariti Humilitatis, & dixit: Obnixè precor Domina, vt per ſimilitudinem cuncta hæc aſtruere non vereris: ingenij namq; cùm tardioris ſim, meliùs per ſimilitudines atque exempla intelligam. Poſtulatus ac deſiderium eiuſmodi, multùm placuit Humilitati; nempe, quia incipiebat ſe humiliare Deſiderius, ac ſemetipſum inhabilem, tardioriſque ingenij fateri non erubeſcebat. Scias, fili, velim, ait Virgo, quòd prædictarum Virginum primæ (nempe Concupiſcentiæ carnis) intrantis, pernorîm conditionem exnunc ac proprietatem; qualis nempe exiſtat, & quòd multùm ſit vorax, roboraturq; hoc medio, id eſt, ingluuie, pernimio duntaxat cibo, ac potu. Quare illi omnem, lautiorem cibum ſubtraho, delibutioremque; ſed & communis cibi, pariter ac potûs non tantùm, quantùm libenter vellet, illi ſumere permitto. Et quia vires meæ non ſufficiunt nec illam præualent vincere, (cùm inſuper plebs Domûs meæ adjuuandum me veniat) tunc in opitulationem

& adjuto-

& adjutorium Deum exclamo, quem & mihi propitium non rarò adesse comperio, cor meum contra malam Virginem fortificantem, ac corroborantem; sed & aduoco Maritum meum, vt mihi subueniat, cum quo & dico: Soror, carnem meã omninò spreui, & non nisi brutum, aut pecus me esse arbitror; pecora autem exquisitos non desiderant, aut expetunt cibos, sed solùm nutrimentũ ipsis, conueniens ac debitum. Vbi verò Dominus scit animal esse vorax, ac quærere indecentia, illicita, minimèq; naturæ suæ conuenientia pabula, in camo & fræno maxillas eius constringit, ne voret, nisi tunc quando, quod, & quantum sibi ponitur. Ita soror mea, in hoc casu, volo & esse, & reputare me jumentum aut brutum; porrò Amor Dei frænum mihi imposuit, quæ Sobrietas, vel Temperantia vocatur, ne manducem, nisi quando in communi datur & apponitur neq; aliud requiro aut alio modo, & arte paratum desidero, his contenta, & satura sum omninò. Vltra instillantem mihi Amorem Dei audiui: si placere sibi, digneq; ancillari, aueam, aut peroptem, vt id, quod mihi ponitur, parce admodùm, cùm timore, & temperantia sumere attentem; quatenùs non nunquam modicum quid

[honesti ergo] in paropside relinquatur, quò scilicet gratudo monstretur: si namq; totum comestur, perinde est, ac si dicatur; plùs mihi detur, modicum mihi fuit, necdum saturasum. Vltrà mihi supramemoratus Amor Dei insinuauit: vt semper parciùs mihi, quàm alijs porrigi percupiam, quodque insipidiùs viliùs, & deterius est, quò ita semper aliquo, Amore Dei, indigeam; adhuc autem exinde semper in spiritu gaudeã, oportet. Ejusmodi medio & methodo, mala, siue improba hæc Virgo, prosternitur & funditur, & ego ex me, quod potui feci. Et quoniam nedum carne me mea infestat, & tentat; verùm etiam cum alijs, æque malis Virginibus, ad luxuriam, & castitatis jacturam exstimulat, & succendit; fugo. & abigo ipsam, quoad sufficio, ab omnibus illis abstinendo, & memetipsam abstrahendo, per quæ me allicit, ac prouocat; quæ amabilia, delectabilia, proponit, & quorum mihi desiderium ingerere & injicere; non intermittit. Ideò, in tali casu, optimam artem, & panchrestũ, vt loquuntur, remedium esse duco, fugæ me committere. Demùm non solummodò mihi molesta est extrinsecùs, sed & in animam cogitationes perraras cætero-

qui,

qui, variaſque inſpergit, & immittit, verùm in hoc itidem paſſu, remedium fore puto, fugam conſulere, in angulos, & foramina petræ, vel muri, abſcondi; intentionem, & cogitationes, ad dulciſſimum IESUM conuertendo, ſanctiſſimam vitam eius, Martyrium, paſſionem, amariſſimam mortem, meditando, pœnas inferni, tremendum judicium, mortem, vltimum diem, & quod Deo coràm parere, rationemq; omnium ex aſſe reddere teneamur. Per eiuſmodi media, impia Virgo hæc (quippe rectrix Ciuitatis) Domo ſuperbiæ extruditur, exploditur, terræq; alliditur.

CAPVT XI.

Proſequitur ſermonem contra Concupiſcentiam oculorum, & contra ſuperbiam vitæ.

AD funditùs deuincendam, & expugnandam Virginem præaſſertam, juuat, imò opus eſt, Sociam eius, dictæ domûs, gubernatricem (CONCUPISCENTIAM OCULORUM) ſuperare, & ad pedes omninò proſternere. Hæc ipſa à priori ſæpiſſimè debellatur, tametſi, & à Sancto propoſito meo fugetur, fundaturuè.

Nam vbi aduenit, dico illi, Soror mea, ego sum brutum? porrò bellè noui brutũ vel jumentum haud curare superflua, nec extolli supra id quod est, debere, solum- modo ijs, quæ necessitati conducunt, satiari: vltrà curiosum jumentum vel animal non est, aut sese ingerit, vtrum duntaxat ephippium sit deauratum, cala- mistratum, vetus, aut nouum, stabulum commodum, aut minùs idoneum, solùm, vt erectum stare queat. Quia verò ob Amorem Dei brutum me esse autumo, deinceps carnem meam, sicut Asinum tractabo; & quando Magister aduertit brutum sylvescere, caputq; nimium le- uare in altum, hinc & inde gyrare, edo- mat illud, frænoq; injecto, facit, vt ca- put inclinet. & demittat. Pari modo A- mor Dei etiam mihi Capistrum imposuit; vocabulo: PVDOR; ne vanitatem ambi- re curiosiùs & aspicere, attentem; quæ enim vetita sunt, discupere disconuenit. Insuper, Amor Dei mihi inspirat, quod cùm aliquid pulchri, amæni, extraordi- rij siue specialis videro, statim, dicam: amorem meum in te conuertam haud & projiciam? imò sicut ejusmodi nec am- bio, ita & ipsissimam puto vanitatem omnia, imò purum nihil; honesto itaq;

studo-

ſtudebo. Amorem & voluntatem, in tam fruſtranea, contemptibilia, vilia, & tranſitoria non dirigam, nec collimabo. Verùm vnicè in ſupremum bonum, theſaurum nobiliſſimũ, & non deficientem, pulchritudinem immutabilem, inalterabilem, dulciſſimum, inquam, IESUM, qui amorem meum & voluntatem expoſtulat. Atq; tali modo, & medio, ſecunda Virgo exploditur, & ſuperatur. Cùm autem geminæ hæ exploſæ, expulſæq; fuerint, ſupereſt extrema, quæ ſicuti ſuprema, ita impia, quin deterrima, audit, majoriq; pollet audaciâ, & dolo, nec non pervigilat ſupra bona opera, vocaturq; : SUPERBIA VITÆ; quæ ad primum introitum ſecum inducit, nebulonẽ, interdum alium nequiorẽ; ſubinde bonum, & malum omen, aut ſuſpicionem ingerens, aliquando queruloſa venit, dicens: vide quæſo, vt me tractat ſuperior, & mecum agit: tantæ, inquit, ætatis ſum, & ita capax, quemadmodum aliæ, haud de pari tamen cum alijs ludo: aſt pernoui aſtutias illius, & ajo: brutum non niſi durè tractatur, ſemper protruditur, & vapulat. Si namq; herus benignè illud haberet, recalcitraret vtique, aut cum Domino jocari præſumeret, congenitum, ac

 debitum

debitum illi honorem, & obſequium denegando. Prudens igitur, & ſenſatus herus, licet animalia ſua amore proſequatur, ſingularem, inconuenientem, minuſq; illis decentem, non monſtrat humanitatem; verùm grauitatem ſemper, ac ſeueritatem in illa exerceat, refert: diſcretio enimuerò, aut conniuenientia, nimiaq; humanitas Domini erga animal, non humilitatem vllam, amorem, & affabilitatem præ ſe gerit, verùm ſtoliditatem, negligentiamque aſtruit ſupinam: quippe cùm per hoc animali plùs noceat, quàm proficiat. Dominus ſiquidem diſcretus, magis ſtudere, & allaborare debet, vt animal recto gradiatur itinere, jugum & pondus, ſibi impoſitum apprimè bajulet; quàm quòd Dñum diligat, probũ exiſtimet, laudet, cõmendetq;. Id enim (vt plurimùm) cauſæ eſſe dicitur, quòd Magiſtri crebrò animalia, aut certò aſini habeantur, ſiquidem animal Magiſtrum agere, atq; vices ſubire ſui præceptoris, vult: patet per ſe, quia Magiſter diſcretione, & prudentiâ, in illud, ſicuti fas erat, non vtebatur, Miniſtrat quoq; animali cauſam, majoris loci ſumendi, & latiùs excurrendi, exſpatiandi, exorbitandiq; vltrà ſibi decens; ſicq; aſſueſcit
ſenſim,

sensim, vt illud Dominus nequeat pellere, nisi quò ipsummet vult; & quando calcaribus adigere, vel illud percutere vult, retrocedit & recalcitrat. Si ergò Magister vult, vt pondus non abjiciat, neq; succumbat vnquam, pati illud debet, ac sustinere, gradiq; permittere, quò vult, juuat; ita, vt Magister animalis voluntati subdatur. Non alio modo (parce Soror) vterer, si omni delicio, gaudio, ac volupe, perfruerer: qui namque sincerè diligit me, corripit, & pœnâ afficit, vt vel nunquam confundar, aut peream: adeoq; amore, quo in me fertur, animam meam saluare percupiens, malè subindè ac durè corpus meum tractat; hoc ipsum, vt prosequatur, continuetq; semper, rogo; vt ita vices equi aut asini peragam. Interdum ter improba illa Virgo venit sub prætextu aut specie Inuidiæ dicens: Talis [supple Virgo] & talis, gaudet tanto ac tali priuilegio, & libertate; mea (puta temetipsũ) interea despicitur. Alia superior, alia gubernatrix, audit; alia domina Aulæ, facta est; mihi verò, quasi vilissimo mancipio, (quæ, vt ætate, ita nobilitate, reliquas præeo) officium alias regendi, nedum non concreditur, verùm aspernan-

 tur

tur ſemper ſicut coctricem, omnes. (licet inſuper mihi & id denegetur) ancillam, que omnium vltimam habent, nullamq; mihi ad manus rem tradunt, & vt video, quæ plùs alijs laborat, minùs habet. Verumtamen improbam me abhinc exhibebo; quæ namq; ouis facta eſt, à lupis deuoratur. Talia, & huiuſmodi ob oculos pònit, ac ſi neſcirem, vnde queruloſæ iſtæ prodirent aut proſilirēt voces; igitur in hæc prorumpo verba: Soror, non ideò mundum deſerui, & non eò in communitatem veni, vt aut imperem, ſed, vt mihi imperetur: Obedientiam enim vovui, proin faciam, ad quod veni, & vocatam me probè noui, Deus namq; haud interrogabit, rationemque expoſtulabit, quæ & quāta alijs injūxerim, vel in quanto gradu honoris, eminentiæ, aut dignitatis extiterim; ſed quo, & quali modo injunctum officium adminiſtrauerim, & quemadmodum dignitati meipſam ſubdiderim, nec non corde humiliârim. Igitur, Soror mea, munia, in quibus me Dominus noſter poſuit, perficere, & adimplere, adnitar omninò. Certa namq; ſum, adeoque vnicum hoc ſcio, ſignum ſecuræ beatitudinis eſſe, ſtatum obedientiæ, ſubjectionis omnimodæ, & humilitatio-

liationis, eligere in omnib⁹; de quo [ſta-
tu] nemo excidere, niſi qui altiùs aſcen-
dere, nititur, poteſt: quippe in hoc con-
querendi non datur cauſa; at purè Do-
minum noſtrum laudandi, benedicen-
di, ipſi ſoli gratias referendi, in illo
tantùm vnicè lætandi: ob hanc ratio-
nem, quòd è majoris periculi occaſio-
ne, & diſcrimine, me liberauerit, & eri-
puerit. Dignitates, vt pote, & honores,
trahunt, & inducunt, imò mergunt im-
perfectos in hujuſmodi præfatum, adeò-
que ingens periculum. Vnde auguſtiſſi-
mè Sanctus adnotauit Auguſtinus: In
nullo prorsùs iram Dei ſupra me ita re-
cognoſco, quàm, quòd me alios regere,
& alijs præcipere deſtinauerit ac deputa-
uerit; porrò mirari hoc non debes; ete-
nim veluti mala Virgo, ſuperior, inquam,
domûs ſuperbiæ, magis ad omnimodam
inclinatur malitiam; ita etiam, majori
aſtutiâ, valentioribus viribus, ac crebrio-
ri exercitio, opus habemus, hanc ean-
dem, & exanthlandi, & ſuperandi. Ne
igitur diutiùs immorer, nec vel ſim lon-
gus? breue adeoq; vniuerſale, auſculta,
& accipe, remedium, quo vincere malam
ſcilicet hanc Virginem, omneſque & ſin-
gulas ſocias ejus, valeas. Quando
quæ-

quædam (ſit quæ illa cunq́,) queribunda adreptit. (CONCVPISCENTIA præſertim Carnis) aſtruens, ac culpitans, quòd ſibi parùm admodùm, frigidũ, atq́; non bellè condîtum, comedendum apponatur, ſeu quòd vinum ſit corruptum, aut acetoſum, malus, & inconcinnus ſit ordo Domûs, dicito: Certum eſt, qui plus habet quàm meretur, nullam adinuenire poteſt, occaſionem, querimonias ſpargendi ac faciendi; tu verò haud mereris panem hordaceum nec vndam frigidam, quemadmodum olim credebant ſancti dicebantq́ue. Quod & eſſe genuinam ipſiſſimamq́ue veritatem, nemo inficias ibit. Nunc autem, vt pote, cùm mala, pigra, omniq́; deuotione, deſtituta, ac penitùs exemplum inconſtantiæ audias, & ſis, atq́; erga DEVM, ab omnibus, ingratiſſima notario, multò minùs quàm panem & aquam mereris. Quoniam verò his omnibus te indignam eſſe, Cælum ipſum acclamat & teſtatur: habes tamen Panem bonum & vinum, juſculum, pulmentum ac cibum. Quid conquereris? cùm habeas, ſupra quam merueris? atque pariter in hujuſmodi erumpe verba, quando de veſtitu, & ſufficientia alia, conqueritur. Cæterùm, dum ambit, hoc
vel

vel illud (vt puta, Concupiſcentia oculorum) habere, inquio : O pauperrima & miſerrima, quæ haud minimum totius mundi commeruiſti, ecce habes ſufficientiam librorum, ex quibus, (ſi alioqui collubet) probitatem vitæ decerpere potes, cum vnicus tibi ſufficere deberet libellulus ; quod vltrà aut plura deſideras ? Contuere, quòd ſub ſpecie neceſſarij, priuatum tuum adeoq; ſuperfluum, ac contra Spiritum Paupertatis, exambias, per quæ, licet Paupertas non tranſgrediatur, debilitatur nihilominùs & labefactatur, ac imminuuntur ſaltem merita virtutis; ſic pauperrimo IESV, magna inferreretur injuria, imò nocumentū : pauciores etenim haberes virtutes, quàm pagani, Æthnici, & idololatræ, quorum Seneca inſignis Vexillifer, & Anteſignanus, virtuoſæ extitit paupertatis cultor ; ſicut ex operibus ipſius liquet. Idipſum reſpondeo tertiæ prænominatarum Virginum, videlicet : SVPERBIÆ VITÆ, ambienti honores, fauores, amores, ſedilia, regaliaque ad munia adſpiranti, ac dico : Proh ! miſerrimarum miſerrima, præter condignum, & vltrà meritum, honorem, ac dignitatem, (ſi recognoſcere ſolùm non pigeat) poſſides ! Nonnè conde-

 mnatis

mnatis in profundo inferni & abyssi annumerari commeruisti? At vide, & considera, quali à Domino tuo honore insignitus, adornatus, & condecoratus sis, dum te creaturas inter patitur, ac tolerat, in domûsq; suæ obsequia suscepit: Desiderat insuper, vt inter filias illius famula numereris, quæ nec digna es inter ancillas ipsius recenseri, qui tamen in conclauis proprij Virginem sibi te delegit, vultq; vt die noctuq; illi adsis, secum colloquaris, illum laudes, benedicas, vtq; in mortali hac, breuissimaque vita, Angelorum geras, & subeas officium; ac illius mensæ desponsata assideas amica, & sponsa vnoque cum illo cibo fruaris. Quid vltra superba exambis exestuasq; ? quorsum ascendere percupis? Num iterum descendere, vnde cecidisti, discupis? vt in abyssum cum Patre tuo Lucifero ruas, & fincidas? Quid, inquam, num Deam agere desideras? Nihil tibi est misera, exterge jamdum excecatos oculos, & cognosce, plùs te habere, quàm promerueris; saturare, quo te Deus tuus, dignatur; contenteris statu, ac vocátione, quâ te per seruuos suos donauit; atq; omnino tibi persuadeas,
omnia

omnia, quæcunq; tandem fiunt, Deo non nisi disponente, ineuitabiliter, euenire & accidere.

CAPVT XII.

De modo, & via, reliquas Virgines vincendi.

HIs tribus præcipuis explosis, & subactis Virginibus, alia, vt pote, illarũ nutrix, dicta: OBLIVIO, perquàm facili superatur negotio, quæ per mille foramina domũ irrumpere adnititur; interdum sese associando matutinis precibus, subinde laboribus se immiscendo, & exercitijs; ast semper repeto dicens: Soror, animal non eo fine domi alitur, vt vel otietur, benè viuat, edat, bibat, quietèque dormiat, & stertat, sed, vt de die, ac nocte cum omni sedulitate, strenuè operetur & laboret. Si etenim inediâ, vigilijsque non atteratur, & coárctetur, insolescit, & contra herum suum insurgit. Si verò Dominus aduertit illud pigrescere, & non nihil à solito torpere opere, calcaria illi addit; pari modo AMOR DEI calcaria mihi adaptauit, [vocabulo Timor] quo cum me etiamnum impellit, ac rectificat, quippe ministram inutilem

me, immò mancipium miserrimum optimè esse sciens, nec ad aliud, nisi ad vilissima quæque domûs, seruitia peragenda aptam & idoneam, præstat, vt nemo mei misereatur, nec onus alleuiet, at non nisi durè tractet semper, ne superbiam & contra flumen niti ausim aut præsumam: Cum omnium hominum pejor nullus, quam malus, aut improbus censeatur captiuus. Cæterùm interrogare soleo, vtrum Cælorum Regnum splendidis epulis, ac delibutis, potibus delicatis, prolixo somno vim patiantur, acciri, accelerarique, possit; minimè sanè. Caput siquidem nostrum Iesus, hanc non inambulauit viam, sed oportuit eum plurima pati, & ita intrare in gaudia. Haud modo absimili nos Passionis semitam, paupertatis viam, ambulare oportet, ac non nisi peregrinos arbitrari. Dum etenim pes à capitis dispertitur imperio, & alio vadit, nunquam corpus conjungitur & in vnum colligitur. si enimverò plateam, vel viam passionis, laboris, fatigationis, solitudinis, solicitudinisque ac contemptûs, non inambulauerimus, incorporari non poterimus ili; verùm sicuti putrida membra, præscindi, & amputari, habemus, certò, ac ineuitabili judicio Dei in

gehen-

gehennam, æternis supplicijs examinandi, excruciandiuè, mittemur; quòd Socij Passionum IESU Crucifixi non fuerimus, gaudiorum, ac Resurrectionis ejus participes etiamnum esse valuerimus. Cæterùm nisi dulcissimum IESUM, derisum, flagellatum, defatigatū, laboribus exanthlatum, esurientem, sitientem, mortem deniq; horribilem patientem, & tanquam Latronem, & malfactorem crucifixum, (qui tamen innocentissimus) in rẽcatione carnis nostræ, quâ, inquam, intrinsecùs, quâ extrinsecùs in omnibus sensibus, ac membris experiemur; consequens est, nos etiam eum dulcem, mansuetum, Regem gloriæ & gaudiorum, Principemq; pacis, minimè esse sẽtituros, ac degustaturos. Interdum, mala Virgo hæc in Oratorium venit, quasi fatigata, tædio ac dolore affecta, frigoreq; adacta foret, perinde ac si ergastulo inclusa anxiaretur. at dico illi: Soror, proba ac Religiosa Virgo, nullum sentit tædium aut dolorem; quæ responsio non modicū me juuat; sed & aliam illi obtrudere, obijcere ac inculcare assueui, dicendo: Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Quid faciam, seu, quid pati possum propter dul-

 cissi-

cissimum IESVM & Dominum? qui ex charitate nimia in Cruce mansit, non equidem stando, aut sicuti commodum illi vel placitum erat, veluti mihi; verùm rabidè Cruci superimpositus, extensus, non coopertus; at totaliter nudatus, gelu & frigore in omnibus membris exanimatus & adactus, sub joue frigido, non liber, aut molliusculo manibus fomento subnixus, nec calefactiuis ocreis, tapeti quopiam, stragulo aut peristromate, sub pedibus fotus. At duris prægrandibus, oblongis, ferreis, frigidisq; perterebratus clauis, idq; totum ac vnicè mei ipsius gratiâ. Cur igitur ob amorem ejus haud quidpiam patiar? quod nihilominus totum non nisi nihil & nihil: siquidem tanta animi promptitudine pro me, non solùm vna horâ, vna nocte, at tribus & triginta annis, maximas ærumnas, & hujus vitæ tædia sustinuit, tribus horis fixus Cruci adeoq; viuus pependit, summis in doloribꝰ ac tormentis, quãta nullus vnquã perpessus est, quæ tamen pauca & perexigua illi visa sunt, summi respectu erga me amoris: plura insuper, si solummodò necessaria, pertulisset. quamlibet Rex ille sit, ego subdita: ille DEVS, ego terræ limus, cinis, puluis, &

ipſa putredo. SANCTVS IESVS ac INNOCENS, EGO PECCATRIX, & omni pœnâ aut ſupplicio digniſſima. Et quandoquidem tot tantaq; pertulit, non aliqua ſaltem pro illo faciam? Abſit: non enim ſeruus ſupra Dominum? Quapropter Soror, OBLIVIO, appagę hinc; in his etenim, quæ Patris mei eſſe optimè noui, me manere oportet. Quippe cùm non magni ſit momenti, hîc vitam, præter tædium & triſtitiam, degere. adhuc autem exilioris aut minoris meriti eſſe puta, niſi prædictas anguſtias, cum optima voluntate, ac gaudio perferas Spirituali. Maledictus namq; homo, qui opera DEI negligenter peragit, cùm nolit vt aut compulſi, aut vel coacti, at bona voluntate, hilari corde, animo recto ſibi ſeruiamus, ſacrificemusuè. Hæc itaq; veterana & maledicta proſtrata, ac exſibilatâ, aliæ æquè fatuæ deuincendæ veniunt (Virgines) quæ vt malitiâ præſtant priores, ita frequentiores, fortioresque in anima excitant motus. & quò minùs demortuæ & mortificatæ, eò ſunt deteriores, incorrigibilioresque. Quare, dũ prima (de qua nunc tecum loquar, dicta: MALITIA) cum filia ſua, IRA duntaxat, in me inſiſtere geſtit, reſpondeo: CHA-

RITAS

RITAS patiens est, & benigna; atq; Intentione, (nempe marito meo) ipsam solo adæquare consueui, dicoque: Soror jumento euenire nihil potest, nec illi tanta fieri aut dici queunt, quot, qualia & quanta meruit. Quod, quoniam ita esse comperitur, me tot ac tauta non pati, quot & quantis dignissima sim: Ecce domesticum animal Domino, filijs, filiabus & don.ûs familiæ recalcitare non debet; at domitum ac mansuetum se præstare; enimuerò quàmlibet herus illud hodie fustib⁹ exceperit, cras vtique pabulum illi porriget ac præbebit atque bene tractabit. porrò licet Dñus nullam illi penitùs monstret charitatem, tamẽ corde illud diligit; austerum se solùm mentiendo & fingendo, ne insolescat, aut bonitate Patrisfamilias abutatur. sed & citò animal obliuiscitur injuriæ ac tedij sibi illati, collo capiteq; iterum blandè ac leniter Dominum contractans.

Non absimili modo, dum Virgines aliquam mihi irrogant injuriam, aut non nihil tedij adferunt, illarum me vilissimã pedissequam, immò mendicabulũ quoddam mancipipiumque reputo, adeòque ob AMOREM DEI omnia improperia, ludibria, & quoscunque tandem alios despe-

ctus

ctus mihi vel fecerint, paratiſſima exci-
pere ac pati; equidem ſcio, quòd tot ac mala tanta in me euomere hand potuerint, quot & quanta digniſſima ſim & juſtè commerui. DEVS talia permittit ob peccata mea, in hoc ſæculo me purificando, & vt, propter illum aliquid pati addiſcam. Ecce Virgines (ſicut tu quidem arbitraris, quòd duntaxat mihi exoptent mala quæq; & quod aliæ, non bona de me, loquantur, aliæ quaſi me intueri etiam dedignentur) non oderunt animam meam, ſed peccata mea, defectus, fragilitates: ſingularitates, malos mores & habitus meos, atq; ideò meritò à me diligi debent: habent namq; ſanctam & bonam intentionem ac zelum ſacrum, indixeruntque vitijs bellum, exiſtimantes malitiam neutiquam cohibitare poſſe virtuti. Ecce, ſi Dei famula ſum, à potiori ſcelera, immuditias, infirmitates & inclinationes meas in malum, odiſſe me oportet. Cur ergo ijs mala imprecer aut exoptem, quæ illa agunt, quæ agere ego debeo? profectò ingenueq; fateor, me illas, quæ vel mihi detrahunt, aut mali quidpiam irrogant ob id, nequaquam ſorores meas eſſe arbitrari, ac palam profiteri nunquam, intermiſſiſuram. Quod,

quoniam ſic eſſe facilè conuincitur, nempe quòd ſorores meæ vocentur ac ſint, præceptum habeo, illas diligendi, ac nullo modo odiendi. Quam ob rem id agere percupio, injunctum mihi quodcumq; tandem fuerit. Ipſas verò concernit ſcire ac præmeditari, quali cum propoſito ac intentione, aut in quem finem, quæpiam peragant. Cùm autem aliâ pediſſequâ, ſtipata (INVIDIÂ) appropriauerit, afferens cultrum vtraq; parte acutum, videlicet de Sororum corporalibus & donis ſpiritualibus ac virtutibus triſtando, & hæc Virgo peruerſa nimis, vt quaſi toxicum ſpiret, eò, quòd è proximi fortuna bono & proſperitate, ſeipſam ferè conficiat ac perimat: malis autem proximi ita exhilaratur & lætatur, vt iterum reuiuiſcat, cui ego inquio: Soror tu dicis, alios in hoc ſæculo diuitijs, pulchritudine, formæ venuſtate ac cæteris Naturæ donis exornari plus me; at ego his carens & indigens maximâ afficior lætitiâ, & hac in parte feliciorem me judico. Etenim in hujus vitæ curriculo & in alio pariter ſæculo, haud quidpiam; niſi vnicè IESVM deſidero, qui meus & omniũ Angelorum eſt theſaurus; mea & omnium creaturarum pulchritudo, lucrum

meum ac fons omnis boni: Diligant, quicunq; alij velint, alia, quoad me, propter dulcissimum IESVM & amorem eius nihil exambio: Cui vtpote diuitias inter ac paupertatem, pulchritudinem ac deformitatem non est distinctio; intuetur namque cor humile & animam labe depuratam: Sed & si subsumas: Aliæ tot ac tanta habent, illis, nihil tibi, plenis manibus omnia tribuuntur. Scias velim, quàmlibet omnes omnia habeant, multa plura ego: Enimuerò, tam magnificum, ac nobile mihi inest cor, vt nullâ ratione, amorem suum, in tam vilia, caduca, & peritura (qualia huius mundi cuncta esse conjiciuntur) verti, ac inclinari, sinat; amplecti quoquè talia, nimis bonum se judicet. Eia igitur Humilitate te dejiciam; cùm nomen hînc clarissimum deportauero, mihiq; comparauero. Cæterùm dico tibi, famulos Dei, eiusq; pueros, meritò ista omnia possidere, & multò plura, non verò ego; quæ singularis sum, imò iustè judicarer abortiuum, ac nullo horum (quibus aliæ) digna; postmodum repentè aliò se recipit; at iterum appropiat instructâ spiritualium, Sororis meæ, donorum, nempe INVIDIÂ, ingerendo, indigitando, ac

ruminando : ait : En illa est deuotior feruentiores, & prolixiores ad Deum fundens preces, exemplarior, atq; te sobrior. Cui dico Iustitiâ, ac ex æqualitate tecum disceptabo. Quare spiritualior esse contendam & gratiam orationis, aliarumq; virtutum, habere conarer? Præstatnè videri, ab alijs æstimari, dilâudari, ac honorari magis appetere? seu quatenùs mihi, lautiores tribuantur dapes, vestimenta, seu aliud quodpiam bonum caducum detur? Minimè sanè; at solummodò Deo seruire; placere; & vt dulcissimus IESVS meus abs me, & in me laudetur, atq; soli illi grates in omnibus referatur; ista potissimè lætificare me debent, quòd videam Dominum meum, famulas huiusmodi, & amicas sponsasq; habere, pietate, ac sanctitate plerosque præcipuè præstantes; conueniens certè foret, ac minimè dedeceret, illum rogare, vt plurima dona, & gratias, ipsis largiri dignaretur, quatenùs sibi omnes confiterentur, ampliùs & amplius laudaretur, ac coleretur ab ipsis magis, ac magis. Si namq; Dñum meum parùm admodum diligerem, nonnê tenerer teoptare, & anhelare, vt ipsum totus nosset mundus, amaret, laudaret, & vt cuiuis

grati-

gratiam hanc, cum alijs omnibus simul donis spiritualibus conferret? Retrò Sathana. Ignoras, quod sit Amor. Cùm mali, ignoti, impuri, rebellis, audias filia hostis. Adhuc scire debes, malle me potiûs à Domino & Deo meo corporalibus, spiritualibusq; donis omnibus, priuari, ac denudari, & alijs & conferri, quæ cum hisce, plùs me; amarent, laudarent; cùm frustra, & inutiliter occupem terram, & incassum ipsius receperim gratiam. Etenim nihil desidero, nisi laudem ipsius, cultum, ac ornamentum. Cernisnè, quòd Dominus nouit, quæ agat? Optimè perùidens Vascula, quibus gratias suas infundat, vt puriora, & humiliora inueniantur. Quare hanc mihi denegauit gratiam, quòd me immundum, sordidum, & superbum pernouerit esse vas, plenum irâ, malitiâ, quæ de repentè præ superbiâ cælos inscendere non erubescerem. Idcircò contenta sum, & nihil ampliùs habere contendo, quàm, quòd etiam sine fructu me possidere Sole clariùs intueor.

CAPVT XIII.

Monstrat totaliter, & exprimit modū, viamq; omnem malitiæ speciem, ac vmbram superandi.

MAlitiæ tertia filia: est ACEDIA quæ summè mala audit, ideò, quia ad Spiritualia, segnis & tarda & quæcunque Deum concernunt (in quo omnis beatitudo nostra) admodùm iners ac tepida. Cui dico, Soror, velles libenter, ne nunc irem Deum exoratum; aut ne alia spiritualia exercitia, exequerer; at ecce ex hâc causâ solùm, & te vincendi, diuisculè adhuc orationi vacabo, vigilabo, sacrificijs interero, & alia diuina saltem deuotè aspiciam; quæ videns, sic me affatur: Numnè vides te nunc esse frigidam, & omni penitùs deuotione destitutam, & ideò contra cor, conscientiam, adeòq; animam, preces fusuram, QVOD ESSE PROFECTÒ Deum tentare, & ad iram prouocare; qui vult bono corde ac hilari animo, neq; coäcte, cum tædio aut tristitiâ laudari, sibiq; seruiri. Verùm recede, Soror, PERVIDEO BENE TECHNAS AC FRAVDES TVAS: porrò noueris, me tum temporis majora amicitiæ indicia ostendere, ac plùs seruitij Deo impendere, pro-

re, proprijsq; impensis famulari, velle, quàm dum mihi gratias suas, plenis, vt ajunt, manibus, concedit ac tribuit. An ignoras, illum crebrò gratiam suam ac dulcedinem (probando quanta quisque facere valeat) subducere: Cernens autem, nos posse nostrum ac sufficientiam sibi offerri ac tribui, atq; agere, quod in nobis & potestate nostra positum, est, tunc exaggerat & superaddit suas consolationes per gratiam suam Diuinam; tametsi nobis jam interna inuentio adempta & subtracta sit, ne bonam voluntatem, affectum ac desiderium ex toto deseramus & derelinquamus. Si petas, quî tam frigida & sine deuotione me ad Orationem conferam, dicasq; id esse Deum tentare? dico quàmlibet aridior imò tepidior ac indeuotior essem, nihilominùs illuc ire, & Domino meo coram comparere Volo, neq; minimum hiscere, nec vel quidpiam exambire, nisi tantummodo altari ipsius adstare, honorem omnem ac reuerentiam tribuere ac exhibere; illum mihi cogitando præsentem, me intuentem, & quod ante supremam atq; altissimam Maiestatem ipsius assistam, voluntatem meam ibi præsentando, quantulâlibet gratiâ ipsius ac do-

no con-

no contenta; vt, qui ignis Amoris est, cor meum, cùm sibi placuerit, accendere, ac inflammare affectum dignetur. Cæterùm quò frigidior existo, eò me igni propiùs accedere conuenit & oportet; nã ab illo abscedere, est magis ac in deteriùs frigefieri. Discede itaq; Soror dolosa; nam orationem, deuotionem, aliaque spiritualia dona & exercitia minimè deposco, nec consolationis ergò habeo, dulcedinem quampiam ex jisce capiendo; at vnicè Domino meo ac Deo meo, jugiter seruire desidero & anhelo; ea propter quòd norîm, voluntatis eius esse, vt istud agam; ac memetipsam illius laudi, honori, in omnibus virtutibus & sanctitate consecrem, deuoueam & impendam. Sic itaque, improba Virgo hæc, illusam sese videns, quòdque eiusmodi medio viauè, me à Domini mei Amore nullatenùs auertere aut separare potis sit, foliũ vertit, atq; conatur me ab Amore Sororum mearum alio auellere, diuertere & abducere, derepentè cùm duabus prænominatis nouitijs (de quibus paulò antè innueram) accedens, dictis Temerarium Iudicium & sinistra suspicio, vt nempe, Sorores meas in corde & apud animum meum flocci pendam & despiciam

am ac omnia eorum opera ſiniſtrè interpreter atque temerè iudicem, inculcando quoq; ac inſtillando res ejuſmodi, ex quibus oboriuntur & prodeunt conuicia, murmurationes, contumeliæ ac detractiones. At illicò, bono ac ſancto propoſito meo excobo, expergiſcor ac inuigilo, dicens: Dedecet Viliſſimum (qualis ſum ego) mancipium, ſiniſtri ſeu mali aliquid ſentire de his Virginibus, aut vel facta illarum, minutiſſima licet, rimari, vel capere, minimèque conuenit peccatoribus ac peccatricibus contractare ſancta. Iumenta bruta ac feræ ad montem ſanctum ne appropient, oportet. Expedit mihi alias Virgines bonas ſanctaſq; exiſtimare, me autem malam & peccatricem eſſe cogitare; cùm ignorem, qualis vnaquæq; ſit apud Deum, aut quis illarum finis fore ſpectandus. Quod autem me attinet, prorsùs me præterit, quæ vel ſim ac cum ignariſſimus ſcio ſim, & in quem finem adeoque (meliùs dixerim) interitum, memetipſam pedes inordinatorum appetitiuum ducant & impellant, malitia & in malum pronitas inclinat & deferat, verſus inquam, infernum, niſi me Dei clementia, rexerit & opitulata fuerit, quare ſufficit vt de me-

ipſa ſim ſolicita, mihiq́; attendam, ſintnè cogitatus mei duntaxat, opera ſancta & conſcientia dilucida Diuinæque conformia voluntati, noſſe namque meipſam oportet, cæteras minimè certa, & minimè dubitans, me vel jacturam qnandam ſubituram vnquam; at lucraturam ſemper: Maximum etenim periculum certum pro incerto deſtituere; charitas enimuerò haud opinatur malum. Sat ſuperque mihi, conſciam propriam, cogitationes inter ac opera, concupiſcentias ſenſualiteſque diſcuture ac dijudicare; his me occupem refert, nec ſiniſtrè ac vanè conjecturare de alijs, temerè judicare licet Quis eſt, qui me DEVM inter ac Sorores meas & illarum judicem conſtituit conſcientias? Nemo ſanè. proin apage. Eſt namque, qui quærat & judicet. Quid vltra? deuicta proſtrataq́; jaces miſera, cum INVIDIA, MALEVOLENTIA, ſiniſtraq́; opinione tua, quod eſt opus Diabolicum vanum, ac Sanctæ ſimplicitati (quam Spiritus DEI inhabitat, & cum qua nemo cadere poteſt) prorſus contrarium. Porrò ſi quiſpiam aſtruat,. Temerarium nempe judicium Superioris aut Prælati intellectum irrepere ac occupare poſſe; ſicque dicta remedia, ad talia tollenda &
eluenda

eluenda minimè ſufficere, ſcire debet, ad hæc maximam habilitatem, experientiam, & ſagacitatem requiri, ſummaq; ſit præditus induſtriâ, non minori profectò in his vtatur prudentiâ, refert; idq; ideò, quemadmodum experientiâ quotidianâ liquet. Quod, ſi duntaxat, hera vel Materfamilias videat & aduertat, aliquam, ſuarum, de ſe Temerarium fouére judicium, quàmlibet antea proba admodùm, optimaque audiebat, nihilominùs vertit bonitatem ac probitatem in omnimodam malitiam & infidelitatem, diſſerente Seneca, qui inquit: Impium ac Temerarium judicium fecit multos peccare. Quoniam verò ad hoc punctum deuicta vinctaque jaces? Quid vltra gáris, opera mala eſſe, ſiquidem intentio, propoſitúq; bonum fuerit. Fortaſſe in aduertentiâ, aut ignorantiâ, ſiue humanâ ex fragilitate, lapſuſq;, aut primo motu, aut etiam naturali caſu & fortuito factũ. Ecce in cunctis his inuidiam, ſeu ſtultum reperiri judicium haud debere: at AMORIS DEI ergò, totum eloqui, æqui boniqùe conſulere, & compati; ſin minùs id concedere detrectes? dico myſterium, judicium, & ſecretum eſſe DEI, cuius prouidentia, omnia, & ſingula, quæ minimè

intellectus noster, capere sufficit, dijudicat. Quare, quemadmodum Devs ex parte sui, in nobis bonum operari, nunquam supersedet, aut desistit; ita & permittit, eiusmodi mala fieri, vertens cuncta, quàmlibet ex natura sua, mala sint, ad vtilitatem ei, qui lapsus est, aut aliis in bonum, qui hæc intuentur. Nec istactenùs effari audeas: qui namque alios iudicare statuit, & discutere, Deus audire appetit. Quin videas, quid, & qualiter de Patre tuo actum sit, vbi similitudinem Dei exambire non erubesceret. Porrò iumentum malitiá prorsùs destitutum, de aliis comparibus, vel conseruis suis, judicium temerarium, opera illorum discutiendo aut cauillando, haud formare & habere debet. Verùm cogitet, refert, viam suam gradi, ac perficere, onusq; sibi impositum portare; ac licet socius quidam eius, retrò subinde maneat, seu deuiet, nihil curat, sed solummodò cupit præcedentes sequi, adeoque sancto cum zelo illos præuertere gestiens, antesignanum agere anhelat; sin minùs valet, gressui attamen suo attendit, nullum curans, nisi seipsum, nec retrò sese obuertens, nisi paululùm respirat, & subinde quiescit, quatenùs meliùs pro-

progredi, gressusq; ponere validiùs queat nec vel vnquam remurmurat, vel herum suum, aut alia obloquitur iumenta. Cùm igitur iumentum meipsam effeci, quod iumenti est, agere præstat, nulli alteri, nisi mihimetipsi attendendo, & inuigilando.

CAPVT XIV.

Prosequitur Humilitatis Exercitium.

DEsiderius admirans Exercitium Humilitatis, ait: sanè, Domina mea, nunc video verificari, quod dicitur: quòd nempe humilitas omnem iustitiam virtutem, pacem, spiritualia pariter ac mundana in se contineat, gaudia, & solatia. Proin non verearis dubium, quod in hac re oboritur, enodare, ac resoluere: vtrũ duntaxat semper malas has virginès, dum intrant pernoueritis, ac vtrum sese aliis immiscentes, perinde vestiantur, ac vestræ, quonam modo eas nosse possitis? Proh fili mi, ait Humilitas, hoc magnum est. Scire igitur te oportet, quemadmodum diuina benignitas in medio Cameræ lampadem (puta bonã Conscientiam) posuit. Quæ, die nocteque oleo misericordiæ eius, & Sacræ Scripturæ pabulo accensa, ardet, è filo pendula

(CVSTODIA, ſupple, CORDIS) obfirmata clauo, nuncupato CVSTODIA geſtus, ſeu motus; & quamdiu præfata lampas accenſa eſt, & ardet, nihil SOLICITAMUR: illicò namq; aduertimus; & quàmlibet improbæ bonis intermiſceantur Virginibus, & ſimiles nobis veſtiantur, ex inceſſu nihilominùs illas pernouimus; ſunt namque curuæ, debiles, claudicantes, ac gibboroſæ, vt nulla arte, nec vel ad placitum gradi, aut erectâ incedere valeant ceruice, ſed, fili mi, dum lampas ob peccata noſtra exit, atque extinguitur, aut per incuriam, negligentiamq; noſtram clauus excidit, aut funiculus diſrumpitur, vel Dominus noſter oleum ſubtrahit (quod nunquam facit, nos niſi ipſi priùs effundamus) manemus in tenebris, & omnia noſtra retrocedunt, & malè peraguntur; quare ſine intermiſſione deprecamur Dominum, vt lumen noſtrum, lucernamq; accendat, dicentes cum Propheta; Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine; Deus meus illumina tenebras meas. Deus det vobis ſuam gratiam, ait Deſiderius; Nam ſpiritum meum conſolati eſtis. Accipe nunc virgines has, ait Humilitas, vt primitùs tecum vadant, donec tandem recto induaris

ris timore; quatenùs tametſi tibi obuiauerint malæ Virgines, odium, inuidiamque ſuam oſtendentes, ac præſeferentes, haud conentur te è poteſtate, & manibus noſtris eripere. Ecce habes auſteritatem aut ſeueritatem contra primam CONCVPISCENTIAM nempe Carnis. FORTITVDINEM, contra ſecundam, Concupiſcentiam duntaxat Oculorum. Humilitatem, contra tertiam, ſcilicet Elationem, ſeu SVPERBIAM VITæ. Diligentiam, ſeu ſtudium contra quartam, videlicet, Acediam. Bonitatem contra vltimam duntaxat Malitiam. Nunc vade cum pace, & Dei gratia præcedat te ac ſequatur ſemper.

CAPVT XV.

De virtutibus filiæ Humilitatis prædictæ.

TAli modo, ait Humilitas, cum auxilio & gratia Dei, mei prænominati Mariti, cooperante meipsâ, quod maius eſt, meos debello ac ſubiicio inimicos. Deſiderius dictæ ſuperioris verbis multùm conſolatus, dixit, ROGO te, Virgo Mater, licentiam Virginis viſitandi & in notitiam

am

am veniendi : per libenter, vade cum cum benedictione Dei, ſed & tu aulæ Magiſtra (ait Virgo vni ſororum) comitare illum, ducendo per totam Domum, in vnamquamq; Virginum cellam. Ita hilari animo Deſiderius è ſuperioris Cella perexit cum prætacta Virgine, vocabulo: Nihil curo, (quæ aulæ ſimul atq; Nouitiarũ diſciplinæ magiſtra exiſtebat) ſociâ, quæ introduxit illum in cellam Humilitatis præaſſertæ, primæ, ac natu maioris filiæ, nomine, Confessio, quæ perquàm humaniter illum excipiens. Aſſiciens, ait Deſiderius: Soror, peto obnixè, velis mihi ſtatum, officium, & proprietatem tuam indicare, Ego, inquiebat illa, ſum bono corde, Filia Humilitatis, & bonæ Magiſtræ huius Aulæ, diſcipula, cuius, Societatem ſummoperè amplector, atq; in conſortio ſuo inueniri me cernens, frequenti admodum, ac ſummo afficior gaudio, fatendo, & confitendo, quæ ſim, & qualem me eſſe ſciam, & æſtimem. Deſiderius vidit primam Virginem hanc, bonæ & magnæ grauitatis authoritatis, ideò quòd hypocriſi, & vanæ gloriæ infenſa inimicaque erat, Acceptaq; ab ea facultate, ducebatur ab Aulæ Magiſtra in Cellam Humilitatis

militatis secundæ filiæ; nuncupatæ: DESIDERARE CONTEMNI; à quâ & humanissimè pariter exceptus, & sibi assidere iussus, dixit. Precor, bona Virgo, digneris nomen tuum, statum, & proprietatem edicere? Meum nomen est, ait illa, DESIDERARE CONTEMNI calumniari, conuiciari, dishonorari, in nulla veneratione haberi, & à nullo prorsùs reputari. In admirationem raptus Desiderius, audiens illam, ita percupere contemptui esse, ac conuitio; quandoquidem id ipsum contra omnium hominum vsum, ac consuetudinem sit, & quoniam Amoris Dei gratiâ talia auebat, summè virtuosam illam æstimabat Virginem. Ita licentiâ ab ipsâ acceptâ, ductus fuit à Magistra domûs in tertiæ filiæ cellam vocatæ: GAVDIVM CONTEMNI velle: quæ & gaudenter eum suscipiens, ac sedere rogans, hunc ab eo percipiebat & audiebat sermonem: Charissima Virgo, maximopere precor, non verearis mihi statum, & tui proprietatem officii eloqui. Ego, dixit illa, gaudeo videre me contemni, calumniari, inhonorari & annihilari, & hoc vnicè propter AMOREM DEI. Desiderius miratus valdè virtutem Virginis, dixit.: Soror, dicito mihi, quomo-

do, & quâ viâ, virtutem hanc conſequi valeam, cum totum in me inueniam contrarium. Si enim malè tracter, deſpiciar, inhonorer, & nihili æſtimer, minimè poſſum lætari, verùm ſemper contriſtor, & confundor. Id inde prouenire ſcias (dixit illa) te Humilitatem veram minimè habere, quæ in ſe continet, vt ſibi quiſpiam vileſcat continuò, laudarique ſe ac magni æſtimari reſpuat, adeoq; ob Amorem Dei, ſeſe contemnere, & ab omnibus contemni, ac in nihilum redigere, ac redigi deſideret; at verò indicium eſt, te plenum Proprii Amoris, eſſe, inſuper magnæ ſuperbiæ, & arrogantiæ. Verumtamen, quoniam te hanc introduxit domum Deus, docebimus te virtutes omnes, groſſam hanc tibi detrahentes pellem, nouum te, ac omninò alium efficientes; adeòq; adaptaberis, & adornaberis cum Amore Dei colloqui: ſin minùs ſcias, laborem, & operam te perditurũ. Quare, ſi virtutes meas conſequi peroptas, opus eſt, vt primùm hanc Sororem meam (ſupple Desiderium contemni vel sperni velle) quam ante vidiſti, in corde arctè occludas, ſæpiùs cogitando, & animo ruminãdo aut verſãdo, dicas; volo dehinc contemni, deſpici, illudi, flocci, pendi,

pendi, inhonorari, ac prorsùs pro nihilo reputari. Cùm id desiderij, cordi tuo exaraueris, filo orationis; studij, laboris, minimè fatigaberis, sed diuturniori, manuq; prolixiore, meas consequeris, & acquires virtutes. Et licet initiò (sensualitati reluctando) arduum [opus] visum fuerit, magnumque laborem experieris, & pati cogeris; nihilominus vinces totum constantiâ, ita vt incredibili afficiaris lætitiâ, cum dicta, seu facta tibi fuerint, quæ minimè desiderabas. Habes insuper temetipsum superare, pudorem, & contemptū exambiendo. Scito namque nullum perfectum esse, præterquam humilem; ast qui nonnunquam sperni, rideri, illudi, non vult; calumniari, inhonorari, lædiq; renuit, perfectus, & justus taxari, indignus est. Miror, inquit Desiderius, illum perfectum iustumque non esse, qui hæc omnia non desideret. Quipote? Nam in huiusmodi casu, pauci reperientur justi, videturque mibi minùs conueniens. Rationem huius ausculta, dixit illa; semel verum est: justum esse illum, qui desiderat, vt vnicuique, quod proprium est, detur. Hoc si ita est, atq; ita esse facilè comprobatur, Hominis duntaxat nihil esse proprium, nisi despe-

 ctus,

ctus, illusiones, contemptusùe; quæ si respuat, & non affectet, injustus censeatur oportet. Edissere & ostende mihi hos, ait Desiderius, duos sermones, homini videlicet non competere, nisi contemptum, & inhonorationem. Perlibenter faciam, subinferebat illa. Vtique verum est, quòd omne bonum sit diligendum, honorandum, quærendum, & laudandum, idque eò magis, quò aliquid fuerit melius; é contra, omne malum, contemni, odio haberi, inhonorari, annihilari debet. Cùm igitur verum sit, omnē hominem malum esse, consequens est, odio haberi eundem, contemni, & illudi exsibilari debere. Declara mihi, ait Desiderius, hoc. Libenter admodùm, dixit illa: Deus solus bonus, & omnis homo malus. Ego, dixit Desiderius, non intelligo hanc consequentiam; scire debes, subinfert illa, quòd Logici exclusiuis his probant, dicentes, Deus solus bonus, est. Ergo ab alio remouent bonitatē. malo autem propriè ac de jure Naturali competit, ac deseruit omnis contemptus, despectus, pudor, sibilus, illusio, confusioue.

CAPVT XVI.

Monstrat, quomodo omnia à Deo creata, bona sint, & quomodo Deus solus sit bonus.

VIde, dixit Desiderius, argumenta tua mihi non sufficere, cum dicas, quòd Deus solus bonus sit, & id quod Deus non est, bonum itidem non esse, contradicente scriptura: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona; ex quo colligitur, non solum bona fuisse omnia, sed etiam optima. Præterea si Deus bonus est (vt pote qui altissima, supremaq; bonitas, & vniuersorum, quæ facta, creataque conspiciuntur, Causa efficiens fons, & origo) merito vniuersa & singula, bona esse debent, cum opus Creatorem suum, fontem, & originem non mentiatur, sed prodat, indiget, ejusque similitudinem vt plurimùm, referat, & exprimat: vnde videre licet, omnia & singula à Deo creata, nedum esse bona, sed & optima; quare homo, qui cum nobilissima creaturarum corporearum existat, non solùm bonus, verùm perfectè talis esse, inhæsitanter dici potest. Si igitur bonus, ex proposita tua sequitur, & datur intelligi regula, quòd

hominem Amor, cultus, honos, & alia ejuſmodi ſexcenta, deceant. Vltra tecum diſputare, ait Virgo, penitùs nolo; nam id Humilitati contrarium: attamen idipſum tibi aperiam, & indicabo. Scias opportet, quòd ſolus Deus ſit bonus, quemadmodum altiſſima in Evangelio fatetur veritas, quod intelligi debet ita. Deus in eſſentia ſua ſolus eſt bonus, & illi ſoli proprium eſt bonum eſſe, & omnia à Deo creata, bona ſunt, per participationem bonitatis Diuinæ, non quòd vnicè factura & creatura ex propria bonitate bona ſit; omnis namq; bonitas illarum à Deo, & nequaquàm ex illis eſt. Ex ea ratione, Creatura expendat & recolat bonitatem, & ineffabilia dona ſibi à Deo indita, infuſa, & communicata, etiam omnem honorem, & amorem, Deo tribuat, neceſſe eſt, quod totum in Deum redit, ac redundat, non in Creaturam. Hoc modo tenemur corpus noſtrum, creaturas, & creata omnia, ex quo in eſſe ſuo bona ſunt, diligere. Proinde homo, haud deſiderabit, purè ex ſe laudari, honorari, & amari. Verùm à bonitate, quam illi Deus donauit, adhuc autem ideò, quia Creatura Dei eſt; Omnia Deo tribuenda & adſcribenda. Ta-

da. Tali modo ſemper bonum deſiderabit, & exambiet. Quamuis aliud eſt, quod homo à Deo, & aliud, quod à ſeipſo habeat. à Deo habet, quodcunque in naturalibus bonum eſt; à ſemetipſo tantùm, quod malum. In moralibus habet à Deo, vt ſemper ipſius ſimilitudinem, formam, & imaginem præſeferat, & exprimat; à ſe autem habet, ac per vitioſos, improbos, maloſque mores facit, vt Deo diſſimilis, ac difformis efficiatur. In quibus (puta moralibus) contulit Deus homini, vt cupiat bonus & virtuoſus eſſe; talis & viuere. A ſeipſo vero cupit malũ, improbè viuit, & facit peſſimum. Audimus, quod in homine eſt, nos honorare, & amare debere eſſe; dũtaxat, & proprietatem eius, naturale ſimul, & morale bonum; vt homo non propter ſe diligatur, ſed ad DEI gloriam. In homine autem, quod hominis eſt, odio habendum, puta omne malum, iniquitatem, & peccatum; ita quod diuiſiuè, ac ſejunctim in vna eademque perſona, nempè bipartitâ opinione, ac fine, honoremus quodammodo aliquid, & inhonoremus; amemus, & odio habeamus; Quantuſcunque igitur homo ſanctus, pius, ac deuotus fuerit, ſciat & omnino non ignoret;

omne

omne malum, non nisi à se ipso habere; firmissimè sibi persuadens, quòd propter bonitatem sibi á Deo insitam, & donatam, sit siue virtus, siue donum aliquod, aut gratia, Deus pro his coli, & amari debeat, illi, inquam, soli, (à quo omne bonum promanat, & profluit) laus, honor, & gloria, tribuatur. Malum autem & impium, quod attinet; nouerit se desiderio desiderare contemptui, & opprobrio esse, debere; quæ si præstiterit, tandem perfectus, ac justus erit. Nunc autem, quandoquidem Sanctus, bonus, ac justus, ita (sicut æquum & dignum) desiderat despectui esse, quî homini scelesto, flagitioso, ac omni peccatorum genere coinquinato, fieri quit injuria, in quo eiusmodi voluntas & desiderium desideratur? Cum discupiat vltrà meritum laudari, & extolli, atque gloriam intentâ mente captet, & insequatur. Ideò peccator contemptus, spretus, & confusus, minimè se reputet meliorem, probô, justô, ac viro Sancto; cùm hic obligatur, & constringatur, desiderio mori debere, esse semper contemptui, ac despectui.

CAPVT

CAPVT XVII.

Prosequitur dictum sermonem.

VErba Virginis perplacuere Desiderio, aitque: Dic rogo, quid juuare me, ac promouere possit, sanctum istud Desiderium consequendi. Duo respondit illa. Primùm est: Amor Dei, secundum: Sanctum Propositum, quod Superior nostra, Humilitas, sibi Virum seu Maritum accepit. Cæterùm si feceris, quod dixero, juuabit admodùm & perbreui virtutem meam te consequi promouebit. Ex animo, respondet Desiderius, cuncta præstiturum me promitto. Induc, ait illa, in animum tuum, quòd, Amori Dei, quem tam vehementer & ardenter (liceat ita loqui) deperis, capitalior non sit inimicus, qui aut ampliùs illi reluctetur, proprio tuo corpore; quare hanc exosculare consuetudinem, vt, tam mane, quàm vespere, sic animæ tuæ dicas: videamus, anima mea, quali modo, dic hac, hunc saccum Vermium, tuum, dixerim cadauer (dulcissimi Iesu & Domini Creatoris ac Redemptoris tui hostem) odio habitura sis, quomodo percupitura illud tribulari, sperni, atteri, & in vltimis poni, vel nihil prorsùs admis-

ſura, quominùs in cunctis neceſſariò faciendis perſequatur & perſeuerè tractetur. Hæc ſi feceris, horumq; ante omnia, deſiderium, & memoriam habueris, Animæ tuæ, ac Optimi Domini tui hoſtes, nunquam non perſecutus fueris, ijſque inſidiari haud omiſeris; tunc exercitatio eiuſmodi, magnam virtutem, perfectionem, non minorem inſuper gradum, & ſtatum humilitatis aſſequendæ tibi conciliabit, & comparabit; cæterùm per huiuſmodi proprij corporis auſteritates, odiumq; tui, conſequeris, vt ipſemet affectare, imò & exoptare te ſenties, ampliùs & ampliùs percupidum contemptu & contumeliâ affici. Eiuſmodi deſpectibus, ſi te contingat, à non nemine lædi, mihi, virtutiq; meæ inhæreas, refert; vehementer ad hæc in his lætando, ac gaudendo, Deum laudando, illiq; grates referendo, dic: Laudatus, ac benedictus ſit Dominus noſter, me qui ſuperiorem inimicis meis fecit. Deſiderius mirificè conſolatus à Virgine, & licentiâ, ab Aulæ Magiſtrâ, petitâ, ductus eſt in ſecundæ HVMILITATIS filiæ cellam, vocabulo: SIMPLICITAS, quæ pariter cum perlibcraliter excipiens, ac vterq; ſedens, cæperunt de Deo, diuiniſq; rebus ſermonem
conſe-

conſerere. Peto, inquit Deſiderius, non dedigneris vocabulum, virtutem, ac ſtatûs tui proprietatem inſinuare. Nomen vtique meum, ait Virgo eſt: SIMPLICITAS. Quare cùm vnoquoq; indifferenter, ſimpliciter, dexterè, rectè, clarè, abſque fuco, vel quæſito colore aut hypocriſi agam, & conuerſer, oportet, de nullis prorsùs, quæ fuerint cunque, quâ auditis, quâ viſis, malè ſiniſtrèq; ſuſpicando. Verùm piè credere malo, quòd omnia & ſingula dexterè, & ſanctè peragantur ab omnibus & adminiſtrentur. Saltem quod attinet opinionem, tunc de nullo, niſi de me ipsâ malè ſuſpicor & ominor, ſemper ſuper cogitatus, & concupiſcentias meas vigilando; dextrum oculum Sapientiæ, & Prudentiæ aperiendo, ſimulq; proſpiciendo, quatenùs malũ vitare valeam. Vt noſtra mater, videlicet HVMILITAS fortior, ac potentior in omni virtute, euadat. Qui? ſubintulit Deſiderius, foretnè haud virtuoſa, ſi oculum non teneret apertum? Minimè, dixit illa; SIMPLICITAS etenim abſq; ſapientia nihil facit, aut conducit, pluſq; nocumenti quàm vtilitatis confert: AMOR namque DEI, neminem diligit, niſi qui cum Sapientia, ac Prudentia graditur, & ambulat.

 CA-

CAPVT XVIII.

Monstrat Simplicitatis mores, & Proprietates.

PRecor, soror mi, non verearis adstruere, quali modo, cum vnoquoque simpliciter ambulare queam. Tribus modis dixit illa, Cogitationib9, Verbis, & Operibus. Primò de nullis cogitare intendã, & contendam, captum & intellectum meum excedentibus, neq; honorem, dignitatem quæram vel applausus, adhuc autem nec minimæ mundanæ vanitatis vmbræ insistam & inhiem, necessum est. nunquam immemor meipsius; nempe quod vilissima omniũ Virginum, in mundo contentarũ & indignissima sim, vt DEI famula audiam & censear: omnes autem alias arbitror bonas Sanctas plenas gratiarum, ac omni virtutum genere præstantes. Secundò blandicella, adulatoria verba, haud proferam, vel palpum obtrudam vnquam; fucatas, singulares, aut blandas emittendo voces aut sermones, nisi: EST, EST. NON, NON. residuum enim malũ est, ac de mala propullulans & prouenîens radice, quæ est Vanitas. Tertiò, singularia, vana, mundanaq; non peragam, atenim solùm simplici-

plicia, vilia, humilia abiecta, rudia & tecta; ne in vanitatem me attrahant & abducant, & ob quæ vel merear, vel hinc, extrudi me, oporteat. Vilia namq; ac simplicia amplectendo & operando, cor humile fouet conseruatq; deuotum: contrarium verò agere, prorsus periculosum. Qua de causa? quærit Desid:; scire te oportet, respondit illa, Superiorem ac Matrem nostram, me hûc introducendo, mihi officium injunxisse; duo nempe Clenodia ac pretiosos lapides, intus reperibiles, conseruandi, vocantur: PVRITAS & INNOCENTIA tanti valoris, vt nunquam satis æstimari, aut dignè appretiari vel æquilibrio stabiliri sufficiant. Pro his duobus Clenodijs & habendis & asseruandis, & reliquæ omnes Domus eremi huius, fundatæ, & exstructæ existunt. Omnia proinde nostra opera, non alio fine, nisi hæc duo Clenodia comparanda, & in esse conseruanda præstantur. Si verò præsumptio, vanitas, aut singularitas per portam cordis, oris, & operis, irreperent, & intromitterentur, bina Clenodia hæc profecto facili negotio surriperentur & perirent. Quare dum virgines, cogitatus, suos sermones, & opera non eò collimant & dirigunt, (ad

præasserta, duntaxat Clenodia lucranda, & possidenda) stolidas, & fatuas admodùm illas æstimamus; eò quòd nesciant, quid faciant. Quid vtilitatis, inquit ille, huiusmodi Clenodia vobis adferunt, cùm sitis perpauperrimæ? næ in magno versamini discrimine, auaritiam incidendi, similes ac minimè necessarias, superuacaneasq; diuitias (cuiusmodi Clenodia, & pretiosæ sunt Margaritæ) possidendo; cùm pauperes fame pereant, & moriantur. Minimè, subinfert illa, intelligis, & non rectè judicas: Enimuerò quamuis in amore, desiderio, & possessione diuitiarum, aliorumque bonorum, sint illa quàmlibet spiritualia, aut secularia, vel alia, quoad opinionem, modū, & finem, per quæ desiderantur, possidentur, & vsui sunt, auaritia, & dolus abscondit? & consepultus sit, minimè tamen in Clenodijs à nobis habitis, fraus aliqua & insidiæ inueniri possunt, eà propter, quod illa ad AMORI DEI placendum, & seruiendum, desideremus, teneamus, & asseruemus; illique cùm ijsce vbi introierit, vel nos in eius domum intrauerimus, cultum & honorem exhibendum. Alijs diuitijs superinducitur ærugo, aut tineis demoliuntur, eædē aut ex seipsis

putrefiunt, & corrumpuntur, Ideò, quòd sæpenumerò aperiantur, & detegantur: has autem in corde abditas, & absconditas, ærugo, vermes, aut corruptio inuadere ylla nequeunt. siquidem Clenodia prædicta nemini, nisi penes se habenti, aperta sunt, & illos possidenti. Qui, ait Desiderius, si panderentur, seu detegerentur, possibilène ea rancescere, aut erugine absumi? Nequaquam, respondit illa. Si enim quispiam eadem, adaperiat, monstret, & denudet, vt videantur; talis nunquam habet, sed omnino illis caret. Cui enim sunt, non cogitat se illa habere: sed desiderat, & satagit, allaboratq; continuò illa acquirere, & consequi; Porrò subinde Dominus noster donat ejusmodi Clenodia, quin illa habens sciat, se eadem habere; Bonus autem Dominus, id propterea facit, ne præsumptio, proprium sentire, ac æstimare (in corde abscondita) illa surripiat, & furetur. In summo proinde gradu illa possidens, tam arctè & absconditè occultat ea, quoad sibi possibile ducit & autumat.

CAPVT XIX.

Prosequitur, & ostendit ea, quæ Simplicitatem foueant, & conseruent.

DEsiderius desiderio desiderans vltrò ait Virgini. Quidnam magis juuat commodatque preciosa hæc margarita in esse conseruare? Vnum ex aliis, respondit illa, est nouitiis aut tyronibus, pernecessarium, senibus quoque ac decrepitis non inutile: Fugere duntaxat, & portas valluasq; claudere: cum multis etenim agere & conuersari hominibus multaq; audire & loqui, perquàm difficilè & malè prædicta conseruantur: ex ea ratione, quòd Anima nostra sit quasi speculũ quoddam, figurarum & imaginũ species, atq; effigies, ex omnib9 sibi contrapositis, referens, recipiens, ac imprimens. adhuc Anima est quasi cera, omne inolitum & impressum, in se conseruans: est insuper tanquam vrceolus aut vas pice refertum, quod sine coinquinatione axungiæ, aut picis adhæsione dari nequit. Quî possibile est, ait Desid: fugere, portasq;, viuenti in congregatione ac societate semper claudere? cùm persæpè huc & illuc ire cogatur; à Superiore hoc & illud facere impuls9; cum vno alteroue interdum col-

loqui

loqui; cùm insuper omnibus affabilem sese præstare aut exhibere, communicationēq; sermonis nulli abnuere oporteat: cæteroqui proprietas, priuatū, aut singularitas (vitandum enim huiusmodi monstrū cuilibet omninò) plus æquo vigere virereue videretur. Equidem ita, infit illa, nos ex OBEDIENTIA & CHARITATE per multa videre, audire ac loqui teneri, tamen hæc ipsa, propriâ illectus aut inescatus, facere attentans voluntate, erraret profectò, ac minimè prudenter aut rectè agere præsumeret. Secundò conuenit ac precatur illum prædicta duntaxat Obedientia & Charitas (si tamen haud negligat, & quod cæteroqui in se est, facere mauelit) vt præuideat præcaueatque à perditione Clenodiorum illorum. Quid agendum, dixit Desiderius, vt facere quis, quod in se est, valeat? Oportet, respondit illa, vt qui, per Obedientiam, Charitatem veramq; necessitatem, nedum ab hominibus auulsus & abstractus, quietis silentiique diligens (harum gemmarum. Puritatis & Innocentiæ, conseruandarum gratiâ) esse possit sed & me secum rapiat, & si in meo sit contubernio, haud vereatur, quin supra memoratos (quàmlibet totum peragrâ-

rit mundum) lapides perdat pretiosos. Desiderius; rogo, per similitudinem id ipsum mihi declarari: simpliciores namque ac rudiores homines, huiusmodi stylo & modo intelligere, & faciliùs penetrare consueuerunt. Scito, inquit SIMPLICITAS, PVRITATEM ac INNOCENTIAM (hi quippe optimi sunt modi adipiscendæ virtutis; quibus itidem illicò & quantocyùs ad vltimam, DEI duntaxat AMOREM, venitur) obtinere & conseruare percupido ac exambienti fugiendum esse portasq; claudendas; quod impossibile factu, me nisi comite; adhuc autem in omnibus, quæcunq; vel videt, vel audit, me dextro suo oculo imponendum & includendum, sciat. Si proinde sinister oculus (supple Concupiscentiæ facilis siue temerarii ac stolidi judicii) illa cernere discupit, priùs ea oculo dextro SIMPLICITATIS dispiciẽda & trutinãda ostendat, in se ipso duntaxat considerando quemque, sit siue vir siue mulier, siue frater siue soror &c. omnes pueros Domini nostri immò Angelos existere, & alia omnia non nisi instrumenta & organa DEVM jugiter ac Creatorem suum incessanter laudantia & benedicentia;

Cæterùm, hoc modo, quæcunq; de proximo suo vel audit vel videt, dexter oculus, indulgebit, ignoscet, excusabitq; æqui boniq; consulet; atque ex omnibus Creatis, in quæ illum oculus sinister Concupiscentiæ, allexerit & detorserit, laudes DEO nunquam non decantabit ac persoluet, perpendendo pulchritudinem suauitatem, dulcedinem ac benignitatem, aut vel Creatoris & factoris sui alias virtutes & attributa, seipsumq; ex stimulando, dicet: Nolo creaturas deinceps aliter desiderare ac diligere, nisi in & cum eis Deum simul diligam, laudem & benedicam. Pari modo opus erit, vt in omnibus, quæcunque vel egerit locutusque fuerit, me simul secum rapiat. Quî, Desiderius inquit, facit homo omnia & singula cum SIMPLICITATE? Quando intentio, subinferebat illa, simplex, recta, pura, munda & dextera est, intantum quod omnia (quæ alioquin in se bona esse probantur) facienda, cum omnibus pariter circumstantijs loci, temporis, hominum ac personarum, dexteritati ac æquitati consona sunt & conformia; similiter modum, medium & occasionem benè & diligenter perpendendo ac præuidendo, vt ex asse, ad gloriam Dei solummo-

do & honorem, siue proprii Spiritus vel corporis virtuosam, seu Proximi, & communis boni vtilitatem, ac commodum fiant; hoc nunc est, semper & in omnibus cum SIMPLICITATE ambulare. adeòq; taliter gradiens, benè cautis & perquàm securis, certijsq; passibus ac vestigijs ambulat, qui omni loco & tempore, inquàm, assumit sociam SINPLICITATEM.

CAPVT XX.

De Humilitate.

DEsiderius Virginis huius SIMPLICITATE mirificè consolat⁹, licentiâq; sumptâ, vltrò ab Aulæ magistra in HVMILITATIS secundæ filiæ, cubile introducitur, Vocabulo PAVPERTAS; à quà itidem exceptus hilariter, cui assidere iussus, dixit: Multùm ex Societate vestra recreor, cùm haud ignorem, quòd AMOR DEI perquàm ardenter vos diligat. ac peto, digneris officii tui qualitatem patefacere. Propter DEI AMOREM, infert Virgo, nec que habeo, neque habere quidquam cupio. In quo igitur, Desiderius percontatur, consolatio & gaudium vestrum sitrum est? Supremus thesaurus meus est, ait illa, bona, diuitias, solamina, gaudia

flocci

flocci pendere; ac penitûs nihili facere. Permirum, dixit Desiderius, dictũ enim uerò mihi, Domum hanc, à ditissimo pariter ac liberalissimo Domino, fundatam & exstructam esse: quî ergo vult & patitur, eam, tam pauperes, miseros, egenos inhabitare populos? proinde me latet, quid beneplaciti seu grati obsequii ex inopia vestra haurire possit? Dicam & non celabo, infert ipsa; Fundator & institutor huius Domus, Rex est, & orbis totius Dominus, habens omnia regna mundi, thesauros & diuitias illius in manu & potestate sua; nihilò minùs, voluntatis ei9 & placiti est, perpauperes vt simus, ac nulli rei, nisi illi cor, & amorem intendamus & impendamus. Si etenim nobis affatim omnia cõcedere vellet, posset vtiq;, at iis, quos tenerrimè diligit, perquàm minimum donat, quatenùs vnicè Illum desiderent, ac mundum, mundanaque omnia aspernentur & odio habeant. Maximum indicium, experimentum & testimonium, quod ab Amore illi9 haurire aut concipere valemus, est, dum in pertristi hoc ac lamentabili lacrymarum valle, minimè nos consolatur, aut vel concupiscentias denegat carnis: Adhæc autem nos pauperiem intantum amplecti percu-
 pit,

pit, vt absq; huius sæculi bonis, diuitijs, consolationibus, cura & solicitudine superflua, sibi ex toto ac indiuiduo corde, cum omni spiritûs gaudio, seruiamus: nec de facili mundanorum lucris & prosperitatib⁹: aut jacturis & infortunijs; tristitia & vanâ ducamur vel feramur gloriâ: insuper vt cor nostrum in pace ac quiete nec non tædii expers citra tumultum diuisionem aut scissuram, illi jugiter sit reconliatum & coniunctũ. Verùm enimverò, Amor Dei est tam teneræ ac delicatæ Naturæ, vt nuiquam nisi vnico tantum, puro, tranquillo loco consistere & immobiliter habitare peruelit. Quæ tua, percontatur Desiderius, potissima virtus? Plurima seu potior mea virt⁹ est, ait illa, memet sororibus (quibuscum cohabito, Viuo & ago) adaptare cõcordare & conformare; & quàmlibet mihi adsit desideriũ, nihil prorsùs habendi possidẽdiuè, nihilo seciùs apri syluestris, vocabulo (Singularitas seu Proprietas) qui hûc irrumpere solet, hortum nostrum subuertentis ac depopulantis, fructus optimos quosq; depascentis ac deuorantis expellendi gratiâ, vult Mater nostra, ne aliam à Sororibus meis, animum inducam, vitam. Cæterùm ne meritum aut præmium

virtutis meæ dilapidem aut disperdam, sancto proposito memetipsam (quod NIHIL EXPOSTULARE nuncupatur) despon-sauit. Vltrò mihi, prætacta Mater nostra, instillauit, velimnè perfecta euadere, vt mihi apposito; siue paruo, siue magno; cùm frugali tùm delibuto, acsi perquàm optimè condîto contenter & pacifer, lætificer cibo. adhùc autem atque quod maius est, vult, vt ob DEI Amorem, appositi partem quandam relinquam, necessitatem solummodo sectando. Id nunc Desiderius ait, plùs est, quàm bonum esse velle; & ampliùs, quàm quis obligetur facere. Videtur namque mihi FVNDATOREM, vobis tantùm Paupertatem Spiritûs injunxisse, & Propheta adstruit: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Proindeque arbitror, virtutem Paupertatis, non in paruo aut magno siue multo habendo, sitam esse ac consistere, sed tantum cor & animum habitis non apponere neque hisce aggrauare. Equidem verum, infit Virgo, quòd virtus Paupertatis in Spiritu consistat; niholo minùs, securiùs esse putes, impræsentiarum, Amoris DEI gratiâ, omnia deserere, ac nihil prorsùs habere velle. Verùm enimuerò Amor noster & concupiscentia, eiusmodi pul-

chris

chris amœnis, apricis, teneris ac rebus nouis, adeò inclinatus affectus eſt, vt perquàm difficilè ſit illa, (puta tranſitoria) habere quin hiſce afficiatur immo illaqueetur, vt aut nos ſaltem ex quadam parte amoris (qui vtpote in nobis minimus erga DEVM inuenitur) non diſtrahant, diuidant vel diſpertiant. Quare optimum videtur, ſtramentum, ſtupam aut paleas igni ſubducere ac prorsùs amouere. AMOR enim DEI ſolummodò percupit amorem hominis; & multi inueniuntur, ſeipſos in hoc decipientes, dicendo: Non magno his caducis afficior amore, atque ſi eiſdem orbarer, minore profectò laborarem tædio & dolore. Crede mihi, noſtram concupiſcentiam tam delicatam eſſe, & illecebroſam, vt raró admodùm fieri cernamus, quin iſtiuſmodi rebus illectetur, implicetur, & illis adhæreſcat. Exemplo tibi & ſpeculo ſit Dominus noſter, qui affatim cunctis mundi huius, opibus curâ & ſolicitudine procul, amorem & animum vel his intendendi aut apponendi, abundare potuiſſet: at vide, quàm perpauper tam ipſius, quàm Benedicta Mater eius, & chariſſimi Apoſtoli fuerint. Quid precor, aſtruit totum hoc, niſi vt penitùs nihil, neque

animo

animo neq; desiderio aut possessione habeamus, aut habere velimus ? Idcirco è cellula omnia projeci, vt nec quicquam nisi Dulcissimi IESV imaginem, sicut in Cruce nudus manebat, in illa reliqui, Amoris ipsius, quo in me ferebatur, recordando, reminiscendoque. Multos quondam consueueram libros seruare, quos om̃es hinc remoui, optimos solummodò retinens; vtpote vetus Testamentum, ac Patrum veterum vitas; vnicè autem vitam CHRISTI, & perpaucos quosdam libellulos. nil vltra desidero. Dulcissimum namq; Dominum ipsum, ac Sanctissimæ vitæ eius, mihi credo sufficere, librum IESVM.

CAPVT XXI.

De Obedientia.

ITerum à Virgine multùm consolatus & recreatus Desiderius, veniâq; sumptâ, ab Aulæ Primiceria introducebatur in conclaue Humilitatis secundæ filiæ, nuncupatæ: PAVPERTAS. cui pro reuerentia (vtpotè magnæ dignitatis, non minoris pariter auctoritatis & grauitatis, atq; ideò ab AMORE DEI, præ Virginibus

cæteris grandiori honore habita) manū disuauiari aut exosculari volens, sed renuenti, eamq; retrahenti (quippe quæ vna, filiarū HVMILITATIS, honorē omnem ac venerationem respuentis, existebat) Desiderius humiliter assidere iussus, dixit: precor, Virgo Mater, officij tui proprietatem non verearis dicere. Ego, respondit OBEDIENTIA, bono sanctoq; sum desponsata proposito, nuncupatur: NIHIL FACIENDVM OMITTERE. Iste fortis ac præpotens est Vir nobilissimus & perquàm probus athleta, solus, & (vt loquuntur) proprio Marte, horribilissimum in mundo odibile animal, dictum (PROPRIA VOLVNTAS) fundere seu vincere ac prosternere sufficiens; quæ ferocissima belua philostorgos seu sui amatoros ac sequaces destruit funditùs atq; absorbet; efficitq; sibi obsequentes nimia dulcedine ac suauitate eos inescando, malos ac improbos omnes: & perpauci non sectantur illam, donec tandem certissimum & ineuitabilem interitū ac perpetuam incurrant & inducantur damnationem. Me autem deuitant & fugiunt omnes; tametsi vltrà quàm verum habeatur, nullum, me sine, AMOREM DEI (qui Dominus solus, ac toto vniuerso stul-
tè

tè appretiatur) inuenire & nancisci posse. Et quoniam DEVS me tam probo donauit Marito, nihil omnino facio, quàm quod præcipit ipse; nec cupio nec expostulo licentiam aut facultatem, prætérquàm necessitati consulendo, aut condescendendo; & tunc ob periculum furum (quorum plurimi intùs habentur, & vsq; adeo se abscondentes, vt cerni & animaduerti nequeant) sola ire non audeo. Quis, percontatur Desiderius, tecum vadit? Primò, ait illa, assumo mecum canem, vocatur vti tutus: BONAM duntaxat VOLVNTATEM, & Sororē meā, nempe SIMPLICITATEM, nec non filias meas, scilicet PIETATEM & HILARITATEM; antea omnia autem Matrem nostram & Superiorem, HVMILITAS videlicet contendit mecum ire semper; quos omnes accipere mecum habeo, si alioqui tutò pergere, jussaq; capessere, vt vel prosperū sortiantur effectū, peruelim aut desiderem. Amabò, ait ille, quî Mater vestra HVMILITAS, in eis, quæ agis, tecum ambulat? enimuerò haud bene capio. Omnibus, ait illa, quantiscunq; peractis & expeditis, fuerint quàmlibet mundi totius negotia, summaq; rerum, non arbitror me boni quidpiam fecisse; neq; in bonis ope-
 ribus

ribus fiduciam pono, vel cor meum ex iisdem eleuo, nec vel censeo, quin aliæ idipsum perinde & ita probè, ac ego perficere, sufficiant; nec vnquam ob eiusmodi virtutes, cæteris me præfero, aut meliorem reputo, vel quandoq; laudari cupio, ad magna grauiaq; negotia idoneam me autumando vel affirmando. Itenim humiliter DEO gratias dico, quòd sibi placuit, gratiam hanc, donum Sapientiæ, intellectus & prudentiæ mihi elargiri, nonnihil pro eius amore præstandi; menteq; reuoluo ac rumino semper dicendo: In hoc plurimùm Domino nostro (quòd vel mihi gratiam tale quid faciendi præstiterit) obstricta seu obligata sum. Quare penitùs nolo, quin aliæ quicquam agant, nisi jugiter DEVM laudent & benedicant, quòd verò me concernit, nihil, ad vltimum vitæ halitum, desidero, nisi sollicitudinem, angorem, laborem; dummodò hinc Domino DEO major gloria, cultus, honos, ac benedictio; proximo verò commodum ac vtile proueniant: mihi prorsùs nihil; cùm optimè sciam, me haudquicquam promereri nec ambire, nisi vt Dominus noster Amorem suum (quatenùs virtuosiora opera facere potis sim, nec vnquam

iram ejus incurrā aut meream) mihi non dedignetur impertiri, vt vel in puncto & instanti mortis (prout piè credo & fidentissimè spero) dulcissimum, clementissimum ac pientissimum se mihi ostendat, præstet, exhibeatq; IESVM, Amen.

CAPVT XXII.

De Castitate.

ITerum summè recreatus Desiderius à matre sua: OBEDIENTIÂ. A qua & licentiâ eundi sumptâ, ductus est ab Aulæ gubernatrice in. HVMILITATIS vltimæ Filiæ conclaue seu cellam, nomine CASTITAS, quæ pariter honorificentissimè illum excepit, cui & assidens Desiderius ait: Precor, bona Virgo, non verearis mihi Naturam, proprietatem, officiumq; tuum indicare. Ego sum, quemadmodum nosti, subinfert illa, sincero corde, HVMILITATIS FILIA, habeoq; binas pedisequas; quarum vna: ABRVPTIO. seu auulsio, altera vocatur PVDICITIA. Maritus verò meus, CVSTODIA CORDIS dicitur: Cui puer nunquam non adhærens, dictus: CONSERVATIO seu CVSTODIÂ CONCEPTÛS seu INVENTIONIS. Dignare rogo, ait Desiderius, puerum illum mihi indicare. Perlibentèr faciam, dixit illa,

puer ille nuncupatur: VIRGINITAS. Quē Desiderius, cernens vehementèr mirabatur, decentiam duntaxat & ornatum, quô erat instructus & accinctus. Primò namque frænum manu habebat, simulq; & lapidem, parapetasma seu velamen, atque catenam cùm sera mobili, dixitq; DESIDERIVS: FILI, dicito quæso, quidnam apparatus, cultus & condecentia, cæteraq; circa te pensilia, innuant & denotent. Cui puer, frænum hoc pernicia-li admodùm seruit belluæ, quam Dominus meus frænandam, & domandam habet: quæ licet sic subtilis, parua ac tenuis, tamen si vel semel manibus elabatur, deijcit vnumquemq; ac prosternit in terram deorsùm, nec vllus illam præualet suppeditare aut domare, Portulano nostro excepto, TIMORE DEI, duntaxat. Quomodo nomen, inquit Desiderius, malæ feræ illi? Nuncupatur, respondit Puer, LINGVA. Quid agis, subinfert Desiderius, lapide, isto? subseruit, respondit puer, foramini, quod habetur à tergo seu latere domûs obstruendæ, vocabulo: AVRES, fures arcendos ne intrò sese insinuent irrepantque quod sæpè sæpiùs facere attentant, si hoc non obfirmentur saxo. Subinde ori impono idipsum,

idipſum, ne effutiam vel ineptè aut inconſultè loqui præſumam. At dicetur tibi, ait Deſiderius, quod ſis mutus; mutus haud ſum, inquit puer, ſed mutum me ſimulo, fingo, ac penitùs, ob AMOREM DEI facio. Deſiderius: Quid beneplaciti aut obſequii præſtas AMORI DEI, fingendo temetipſum mutum? Permultùm ſanè, infert puer; per iſtas enimuerò portas, binos perdimus lapides precioſos, de quibus tibi retulit SIMPLICITAS. nempe: PVRITATEM ac INNOCENTIAM, jam verò obmuteſcendo, ſimul caueo, ne vas vini, quod Sorores bibunt, diſſipetur, & vinum effluat. Num, percontatur Deſiderius, ſuppoſitorũ haud quit poni, vinum ſupereffluens recipiendum? fieri vtique poſſet, reſpondit puer, aſt opus eſt magna Sapientiâ, ſagacitate ac prudentiâ, jam autem paruus, puer & juuenis, non perquàm efflictim præſtarem aut efficerem; ſed vas depluere paterer, vt nil, niſi ventus aut aër remaneret. Deſiderius: ad quid verò ſubſeruit linteolum? hæc dicitur, ait puer, PVRITAS, valetq; oculum ſiniſtrum velandum vel operiendum. Deſiderius: annòn velatis quoq; dexterum oculum? minimè reſpondit puer: hic etenim concernit SIMPLICITA-

TEM,

TEM, quæ nihil mali, sed omne bonum, commodum & virtutem adfert & inducit. Atenim sinister oculus, puta, PROPRIVM SENTIRE, acerrimi visus est, multòque celerior ac subtilior, quàm dexter audit contristatque nos nimis: mortem enim nobis ingerit, & intromittit, acceleratq;. quare velamento hoc operire illum præstat; quatenùs omnia, puritate aut munditiâ intueri & aspicere valeamus. Non verearis, petit Desiderius, id meliùs dispungere & enucleare, quo pacto scilicet videre omnia PVRITATE cum & munditie possitis? Cernuntur, dixit puer, PVRITATE cordis omnia, dum dextro conspiuntur oculo, ad rationabiliùs intelligendũ duntaxat, quâ honorãdi, colendi, ac laudandi Dei, quâ expurgandi, excusandi, condolendiq; Proximo gratiâ. Senticosa verba, inquit Desiderius, & obscurè dictum, quare clariùs explicatiùsq; illud enodare, edissere velis. Ecce, ait puer, optimè noui, te idipsum perquàm probè intelligere. Desiderius subinfert, intelligam licet, nihilominùs, quispiam exactius intelligere, relationem instructionemq; à me desiderare posset. Videtur mihi, inquit puer, in hoc Voluntas ac desiderium tuum (alijs proficı-

proficiendi hominibus) perquàm commendandum: quippe, cum magna ſit virtus, nec minor Bonitas & Charitas, dum proprio quiſpiã commodo vel lucro non inhiat ſolummodò. Plurima inſuper dicta ſunt inibi, per ſimilitudines, figuras & parabolas, quorum expoſitio profunda quidem, ſed vtilis, pulchra & venuſta. Quapropter Poſtillam conficere, cùm redieris, interpretatumque dare licebit omnia & ſingula hîc audita & viſa, longiùs diluçidiùsq; deducendo, & (quẽadmodum D. Gregor. in ſacros Libros Iob prolixius tractans dilatauit ſermonem) latiùs laxiùsque præaſſerta ampliando. Profectò, ſubſumpſit Deſiderius, probè admodum dicis. proinde idipſum (auxilio gratiæ Domini noſtri) factum putes; Quamuis ſimilitudo hæc intelligentibus ſufficiat, nec vlteriorem deſideret expoſitionem. at veró mediocriter doctis, & in Chriſtiana Religione non ita benè fundatis, deſcriptio prætactorum dilucidior multùm profuerit & conduxerit, adeoq; cum conſilio tuo, optimùm fore puto inchoare. Nunc autem dic rogo, de omni ornatu tuo: Quid catena hæc importat, cum ſera ab ea penſili? Vocatur, inquit puer, MEDIOCRITAS, valetq;

portæ

portæ domûs occludendæ, ne Virgines intùs existentes, excursitent, nisi enim obsererentur fores hisce, nullus omninò & ordo esset, & in vanum laboraremus, siccumq; (quod aiunt) littus araretur. Vltrò dico tibi, si oculum sinistrum contectum gessero, sit licet vtrumque apertum, attamen nihil penitùs video. Quî fieri potest, percontactur Desiderius? te vtroq; oculo aperto haud quicquam cernere? Eapropter, respondit puer, quòd oculos ad caput sursum erectos seu sublatos eleuatosq; geram ac teneam; & quamlibet subinde, terram versus illos mittere ac defigere videar, nihilominùs vertit surgitq; contrarium faciei, obtutumque ad caput supra eleuo attolloue.

CAPVT XXIII.

Concludit primam partem.

DEsiderius cum nonnihil, & aliqua temporis intercapedine CASTITATIS consortium vidisset, comprobasset, expertus, nec non illius Societate perfruitus esset, abijt incredibiliter consolatus, atque Domo eductus ab Aulæ Domina dicente sibi: Ecce nunc omnes Virgines

intus,

intus, commanentes oculis perſpexiſti. Percontatur Deſiderius: annòn habetis, quid amplius oſtendatis? ſubinfert illa: ſi omnia hîc viſa auditaque ex aſſe obſeruaueris executionique mandaueris, hactenus ſufficiet atq; nimiſquam benè iuuabit ad Dei amorem reperiundum; nihloiminùs adhuc monſtrabo Arborem quandam in horto Noſtro plantatam: quâ & visâ in ſtuporem actus (præcipuè quia bino adeòque diuerſo, & à ſe diſtincto, erat onuſta fructu) ait Deſiderius: quinam, precor, hi ſunt fructus? inter infimos reſpondit illa creſcens nodos, ſubpallidi & quodammodo coloris expers, nuncupatur: DIFIDENTIA SVI. Supremis verò innaſcens nodis ac frondibus, aurei & pulchelli coloris; appellatur, CONFIDENTIA DEI, quem verumq; fructum manducare habent, Domum hanc inhabitantes. Sin minùs, laborem & operam, licet quàm diutiſſimè inibi manſerint, diſperdunt. Num prohibere, infit Deſiderius, quis poteſt, vt decerpatur pro itinere? minimè dixit illa; at comede primùm de infimo ad ſaturitatem, DIFFIDENTIAM duntaxat TVI: ſuperiori autem adimpleto peram, crumenam & capſas omnes, quo in via veſcaris, quod

sufficiet, quousque Domum Amoris Dei reperreris. Multùm refocillatus recreatusque comestione fructus inferioris Desiderivs, altiori autem replens manicas ambas & sinum, vltrò Virgini ait: quàm humanissimè rogo, Charissima soror, vt semitam & viam, quam scis & potes, breuiusculam, Domum versùs Amoris Dei, ostendere digneris. Summâ perfundor lætitiâ, ait Virgo, quòd videam te, tam probè itineri accinctum & instructum, fructu quoque vtroq; prouisum, ad Amorem Dei inquirendum: nihilominùs vereor, ne solus pergens, rectâ viâ sis iturus, quare perprobam societatem tribuam, te ducendam atque comitandam. Quî? ait Desiderivs, numnè vnus canis dicta, Bona volvntas sufficit? minimè, subinferebat illa, solus sufficit, licet duplò seu geminatim bonus foret: Enimuerò in via, nedum malæ bestiæ, feræque sylue stres, foueæ, dumecta, spinæ, ac tribuli occurrent & obuiabunt, sed & multi dantur latrones, fures ac pyratæ, itinerantes, ad terram prosternentes, iugulantes, strangulantes, trucidantes ac interimentes: permultos itidem crebrò circumueniunt, proinde bonum esse arbitror & iudico, ne Cani tuo nimiū cōfidas.

Quando-

Quandoquidem ita esse, inquit Desiderius, elicis; præsta mihi, precor amicitiam & fauorē, dictam duntaxat societatem (quam mihi esse scis pernecessariam) ductricem. Sume, inquit illa, Portulanum, nempè TIMOREM DEI, qui Vir dexter & apprimè strenuus, audit; porrò si peroptas, ne te vnquam deserat, tene filiam eius, supple, PVDICITIAM. si adhuc & hanc perdere times, hanc tibi herbulam memoratiuā accipito, dicitur, ASPICE DEORSVM, terram versùs; & alium comitatum, puta, SIMPLITATEM: atque ita in NOMINE & cùm benedictione DEI proficiscere. Vnum tamen te non fugiat, commonerem. Si fortaisè TIMOREM DEI seu SIMPLICITATEM perdere contingat, vt saltem Canem tuum adprimè serues & custodias. hic enim prænominata reperiet ac iterum recuperabit. Si nihilominùs fructu, quem perâ portas, illum exsaturaueris. Hinc autem proficiscens, sumito ac teneto viam manus sinistræ, & adinuenies semitam multò breuiorem, te rectâ ducentem ac inferentem Domum, quam DEI AMOR incolit. Quî nuncupatur semita illa, ait DESIDERIVS. vt si fors exerrare aut deuiare (sicut assolet) accidat, sciam repe-

tere & requirere, & rectà gradi valeam? nominatur, respondit Virgo, PATIENTIA. Hæc est proxima via perueniendi ad Domum & HVMILITITATIS & AMORIS

Pars Prima Explicit.

PARS SECVNDA.

CAPVT I.

De Patientia.

LÆtus & perquàm consolatus perexit DESIDERIVS domo PATIENTIæ, cum sese fructu refocillasset, ac bono comitatu prouidisset, Cane scilicet, quæ est: BONA VOLVNTAS, ex vnoque latere Portulano: Ex verò altero SIMPLICITATE septus ac stipatus, peris, bisaccijs & capsis, memorato fructu repletis, nempe CONFIDENTIA DEI? atque sic cæpit PATIENTIæ viam hilari & magno animo ingredi. quàmlibet autem dixisset Virgo, eam breuiorem ac propiorem fore, inuenit tamen illam asperiorem, duriorem, grauiorem, & tædiosiorem; plenam senticetis, vepribus ac spinis, dixitque SIMPLICITATI. O DEVS meus, vt via hæc difficilis, dura, austera ac fastidiosa,

quod nunquam putâram ! mirari noli, aut SIMPLICITAS ; ideò namque via PATIENTIÆ vocitatur, nisi petrosa sentico-sa magni laboris dolorisque, plena insu-per spinarum & veprium foret, vt vel quispiam, juxta sui animi placitum, illam proficisci aut ambulare posset, haud qua-quam tale sortiretur cognomentum, si planior duntaxat facilior, aptior, amæni-orque esset ; Domus quoque, quam præ-fert & indigitat, tanti haud æstimaretur. Nunc autem nemo, nisi bene peritus, & Vir probatus eam perambulat. Nū igno-ras paræmiam ? Nullum bonum siue la-bore, nec dulce, nisi præuio, datur ama-ro : porrò cum viam susceperis, asperi-tatem ac tædium pariter viæ, te patien-ter ferre, restat; attamē prolixa vel lon-ga non est. Cæterùm, piscari qui vult, madefiat, necessum est. Quî : putasnè ta-le ac bonum tantum imò (veriùs dixe-rim) thesaurū, qualis AMOR DEI est an-xietate sine aut labore, re pro tam vilis-sima, inueniri ? ausculta Senecam disse-rentem : Maxima ac pretiosissima res, ve-runtio emi & comparari nequit. hic vltrà dicit ; jure merito, grauiori cura solicitu-dine& labore in ingētem peruenitur mer-cedem. STOLIDVS taxareris, & habetur si

tanta pro genio proprio ac vo!lupe labore & solicitudine procul, lucrari existimares. Verùm enimuerò si tam facili negotio AMOREM DEI reperire suffliceres, haud magni faceres eundem, eò, quòd paruo admodùm constaret. Quare nunc quod optimum cunque valet manus tua, operaretur nauiter, stude ac toto Zelo satage ad modicū tempus, vt vel in futum AMORE DEI pacatissima quiete frui & in eo solo delectari possis; quin & pluris eundem habebis, ardentiùsq; amabis, sedulius custodire ac cōseruare eius amicitiā laborabis. Et quo maiori solicitudine, operâ & fatigatione tibi eandē obtinendi constiterit; eò maiori gaudio & solatio fuerit: atque si forte minùs valens viribus elargueris aut defeceris; & nonnihil erraticus obambulaueris, de fructu, quem perâ gestas (CONFIDENTIA DEI) comede, ita & confortaberis, vires resumes, viamq; ibis rectam. Cæterùm dico, asperitatem & laborem viæ si detrectas subire, aut persentire non vis, scito quod ille, qui cantat & psallit, miserias perterreat, ærumnas suas alleuiet & imminuat, tædiumq; dispellat. Verba hæc SIMPLICITATIS consolatoria & robur animi facientia Desiderio cumprimè placuêre, & dixit:

dixit: quomodo, precor, in Senecionis ac tædiosi viri hujus consortio, cantare quiuero? Solennis & constans mos illius hoc habet, dixit Virgo, amatque semper vultum præ se ferre seueriorem, tamē totus est gratiosus, perhumanus, peramabilis & mansuetus (etenim AMORIS DEI frater est vterinus) maximè verò, si non leuitate ducti cantauerimus; at solummodo Spiritꝰ nostri lætificandi gratiâ, ac Viæ tædij tollendi & obliuiscendi, animique resumendi, recreandi, roborandique causâ Quomodo cantare possum voce carens? Petit Desid: fieri nequit respondit Virgo, te voce non pollere, ipsusmet cum vox sis. Admirabundꝰ Desiderius vocem se vocitari audiens, dixit. Quipote vocē existere me? Tu & cuncta creata simul, infert illa, sunt Verbo DEI procreata & producta, sequitur proinde post dictum necessariò vox emergens; & quemadmodum ad verbum à Domino nostro prolatum, illicò omnes Creaturæ productæ sunt, & adstiterunt; ita omnia pariter creata, voces esse comprobantur. Declares & enuclees id, quæso, dixit ille, dilucidiùs. Libenter, ait illa; lingua, sermo, locutio & verbum, idem sunt; non enim locutio est id, quod ore

profert homo; sed est conceptus mentis ipsius, & compendium adeòq; sermo intrinsecè animo ejus insidens seu inhærens, ipsum verò, quod homo aperiens os ploloquitur & profert, est vox, connotans ac consignificans sermonem, verbum, dictum, conceptum, & compendium in mente hominis contenta. Vt sicut conceptum aut cogitatum formando, dicam: quod tu sis homo: est locutio & sermo, quem, qualem, licet minimè eloquar aut explicem. concipio tamen eum in meipso; videamus ait Desideri9, verũ & cuius vox existã? SIMPLICITAS: tu es dixit, VOX DEI, qui te sibi in laudem, & ad benedicendũ creauit ac fecit. Quid sentiam & dicam, inquit Desiderius, de meipso siquidem vox tantummdò sum? Per bonũ esse, inquit illa, proprietatem-que tibi à Deo collatam, dicis Deum esse bonum. Per pulchritudinem in te contentam, dices Deum esse pulchrum, qui talem ac tantam tibi tribuit speciem & formæ venustatem, sic quoque reliqua omnia in te comprehensa tibique indita, atque à Deo creata, nonnisi voces sunt, virtutem, ac bonitatem eius testificantia loquentia, ac prædicantia. Quomodo dicito, aiebat Desiderius, ea, quæ in me

Deus

Deus creauit, ſint voces? dicis namque ingenuinè ac implicitè de omni in me reperibili. Ea de cauſa, inquit illa, quòd peccata, iniquitates & malitiæ, enormitateſque in te, dabilia, & à Deo minimè creata, haud voces ſint Dei, aſt tuimetipſius; loquentes, immò clamãtes, te eſſe malum, iniquum, injuſtum coinquinatum & immundum. Quemadmodum enim homo per creaturas & creata omnia in Dei ac Creatoris ſui deuenit cognitionem; ita etiam per hominis ipſius (quodammodo dixerim) creata, & per ea, quæcunq; ab ipſo homine (per ſe loquendo) deſcendunt ac proueniunt; iterum ad ſuimetipſius attingere atque peruenire ſufficit cognitionem.

CAPVT II.

Oſtendit cognitionem DEI *per creaturas.*

DEſiderius immirabatur Virginis huius SIMPLICITATIS habitudinem, quæ tametſi ſubrudis & impolitula videbatur, in his tamen profundis, præclaris ac virtuoſis rebus facillimè pleroſq; ſuperabat ſapientia ac prudentiâ; dixitque illi: Quâ vis cantem? ideò, reſpondit illa, vt facili-

 liori

liori negotio, oneris, tædii, doloris, laboriosissimæ vitæ huius ac lacrymarum vallis obliuiscamur; atque adeò Spe, ad Domum AMORIS DEI perueniendi, frustremur. adhæc vtpote consideratio ac meditatio factorum & creaturarum manuum Dei, non modicum conducit; at peridoneum juuamen ac singulare existit solatium. Quas creaturas in Via hac PATIENTIÆ optimùm esse tibi dixit proponendas: nam earum amorem quantocyùs & propediem assequeris; si duntaxat cor tuum ac cogitatus sæpiusculè in hoc libro factorum Dei exercitaueris & occupaueris. Per patientiam enim, & consolationem litterariam, sacramq; Scripturam, qualis totus est mundus, qui non nisi liber quidam Dei, esse conspicitur, maiorem concipim⁹ & acquirimus Spem & fiduciam. Nunc autem quoniam ita esse video, infit Desiderius, nos occinere debere, faciamus; vtpote, quia voces sumus ad Dominum nostrum collaudandum & benedicendum. Perplacet, ait Virgo; in via enim hac perplures reperiemus habebimusq; voces, nos in cantu adjuuantes. Quosdam enim inueniemus Discantus, quosdam Tenores; alios Contra-Tenores: at nunc primùm perquàm
plures

plures obuiam procedent Baſſus. in medio verò permulti Tenores & Diſcantus occurrent. Sub finem deinceps Contra-Tenores & multiſonoræ erunt voces conjunctæ ſonis vocalioribus, nempe Organorum & contra-punctorum, juxta multiplicitatem & diuerſitatem Creaturarum: verum opus eſt (vt juxta regulam Artis huius Liberalis fiat & procedatur) quatenùs primò cantum pernoueris & calleas & vbi vocem habuerimus, regulam & mediū cantûs perdiſcamus, oportet. Hoc quis nos, ait Deſiderius, edocebit ? Vox ipſa, infert illa: ſunt namque Creaturæ nonnullæ bonitatem Dei adumbrantes & ſymbolizantes; aliæ omnipotentiam & excellentiam ; aliæ nobilitatem ; aliæ pulchritudinem ; aliæ ſuauitatem & dulcedinem; aliæ poteſtatem: aliæ manſuetudinem indigitant & innuunt. atq; ita vnaquæq; juxta conditionem ac Naturæ propriæ proprietatē monſtrat & miniſtrat nobis Domini noſtri cognitionem & notitiam. quatenùs laudes eius annunciemus & amplificemus ; illiq; ſoli grates decantare valeamus. Quare adnitere ac omni conatu ſtude in via iſta quoad poſſibile, quò pſalmodiam & cantum quàm optimè perdiſcas ; quò enim va-

dis (DOMUM versus AMORIS) nihil præter cantare agitur, vt, vbi inibi fueris, priùs Artem teneas. Cui, etenim, in Via dicta, bona vox, vtitur & exercet se illâ sæpiusculè, intantum quin illam perdat; aut vel vnquam immutet; sed quoad valet, incessanter & sine intermissione cantat, & psallere nunquam non desistit, adeò vox eius stabilitur& solidatur, quòd nunquam aut alterari aut variari possit, demùm in via præsenti, quò quispiam, per quotidianum exercitium acuratiùs & solertiùs addiscit modulari, eò melior & acceptior ibi præcentor habetur alios cantu præuertens. Non abnuas ostendere, rogat Desiderius, per creaturas concinere aut cantare posse, qui vtpote hoc discere per meipsum nequeo, perlibenti animo, respondit illa. Desiderius peregrè ac diù profectus, longum nimis per syluas ac solitudines dimensus est & confecit iter; vbi & virtutes multas, perraras excellentias, magna & miranda prodigia, bonitatem quoque Domini nostri IESV Christi addidicit & consecutus est medio duntaxat magisterio, doctrinâ & informatione, nec non ingenti auxilio huius SIMPLICITATIS, multos tamen & graues ac promolestissimos labores

res ac pericula ſubire & ſuſtinere compulſus eſt: prolabebatur & namque ſæpiſſimè, SIMPLICITATE lapſabundũ sẽper tenente ac ſuffulciente, ne concideret & totaliter prolaberetur. aliquando ipſo facto cadebat ac corruebat, ſed SIMPLICITAS illi manum miniſtrabat, ſubinde adeò grauiter & atrociter illidebatur terræ, vt niſi TIMOR DEI ipſum ſubleuaſſet, nunquam præualuiſſet aut voluiſſet aſſurgere. interdum, vbi procedendum erat, retrocedebat, ac ſupinus cadebat retrorſum: itaque qui per creaturas ædificari & meliorari debuit, ſcandalizabatur ac in deteriùs abibat ſæpicule, neglexit namq; nucleum extrahere, aut ſecretiorem virtutem vocum cantuſque addiſcere, nauci faciens cantum, ſed ſinebat ſeſe incitari, impelli, & adigi; vt TIMOR DEI, non nunquam tunſionem, truſionem quin & colaphum infringere coactus eſſet. ſæpè impingebat & offendebat pedes ſpinis ac ſentibus, quas SIMPLICITATE, pedẽ, tenente, TIMOR DEI extrahebat. Sæpè ſæpiùs obdormiebat, at vrgente & inſiſtente TIMORE DEI progredi cogebatur, ſæpenumero defatigatus & laſſus deſedebat, & ſocordiâ torpeſcens attinebatur; at cane BONA VOLVNTATE couſque latratum

edens

edente, quoad ſeſe erigeret, & ſurgere compelleretur; Interdum adeò afficiebatur tædio, vt animo ceſpitans aut vacillans, ceſſim ire & jam jam reuerti cogitaret; at prælibato & guſtato fructu in biſaccijs habito, iterum ad animum redijt, vireſq; reſumpſit & confortatus eſt. Crebrò pergens noctu amittebat cùm TIMOREM DEI, tum SIMPLICITATEM, vt vel oberraret deuiando, at dies cùm illuxiſſet Solq; ſplenderet, illicò viam repetijt. Cum igitur aliquod abijſſent diebus, venerunt tandem in perpulchrum omnique ex parte apricum & amœnum pratum, in cuius centro auguſta nimis conſpiciebatur & habebatur Aula ſeu Regia baſilicè extructa, vocita, CHARITAS, inibi AMOR DEI officio portulani fungebatur.

Explicit Pars Secunda.

PARS

PARS TERTIA

De Charitate.

CAPVT I.

De tentatione & exercitatione Charitatis Dei.

DEsideri⁹ incredibili perfūdebatur lætitiâ, perpulchrâ adeò, apricâq; visâ Regiâ; cernens vero tam difficillimam ac tædiosissimam VIAM, adeo suauem ac exoptabilem sortitum fuisse finem, accedens portæ Domûs clausamq; reperiens, cæpit pulsare ac vociferari, sed, longiori clamore pulsuq; protractiori peracto nemo aderat illi respondens nec aperiens; quare, apertis tibijs, seu voce eleuatiori, ait SIMPLICITAS, clames, oportet, quo facto, impossibile puto, quin exaudieris, tametsi dormierint adeoq; semi surdi fuerint omnes. sed & tuditibus seu malleolis de ianuis pendentibus pulsato, confestim & extemplò descendentes habebis tibiq; aperientes (binæ etenim tudes seu malleoli Valuis cohærentes erãt. Vocitati: GEMERE & FLERE) pulsato & tundito igitur Validiùs prolixiùsq; mallei namq; isti certo sunt inditio aperitionis, intromissionis & ingressus, vtpote ideò ianuis

 appensi

appēsi & adaptati, vt pulsanti aperiatur. Post constantiorē moram aut cunctationem, clamorem prolixiorem, pulsumq; malleolis ex ostio pensilibus, Validiorem; ecce gratiosissimo & augustissimo aspectu AMOR DEI prodibat; quid, nihilominùs ignotus Desiderio, dixit: Frater, quidnam quæris, aut quæ est postulatio tua? fortè mora prolixior, aut præstolatio longiuscula, fastidio fuêre & tibi tædium pepererunt: at scito, quòd simulemus aut fingamus nos semi-sopitos, Patientiam & Longanimitatem hûc appulentium & aduentantium explorantes adhuc verò, dum Videmus non neminem intrare nitentem, tædio, ob moram protractiorem, affici & laborare (quippe qui arbitratur solummodò sufficere, vt, quàm primùm istuc aduenit, quantocyùs sibi ianuæ, pandantur, atq; illicò intromittatur) sinimus, ianuis occlusis, reuerti huiusmodi vnde venerat, idq; ideò, quòd minimè hic aperiamus illis, qui opinantur se id commeruisse, dignos aut sufficientes fuisse; iccircò autumant nos ita omninò facere teneri; nonnè vnus exillis es? Non, mi Domine, Absit hoc à me, dixit Desiderius, licet namq; permultos labores, lassitudines ac pericula perpes-

sus

ſus ſim, pulueres fatigationum moleſtiſ-ſimos deuorârim & pericula ſuperauerim maxima, ſcio tamen approbè, me nihil mereri, quin vel indigniſſimum intro-mitti arbitror; niſi mera miſericordiâ & clementiâ veſtra me immiſeritis & intro-ducatis. Quâ de cauſa, dicit AMOR DEI, intromitti deſideras? Quid rei in Domo iſta quæris? Domine mi, ait Deſiderius, venio de DOMO HVMILITATIS, honeſto hoc pariter ac ſtrenuo comitatu dignatus, & per breuẽ hanc VIAM PATIENTIÆ hûc appuli vnicè & ſolius Amoris Dei perqui-rendi gratiâ, qui (prout mihi dictum) intus habitat. Nullumnè ſignum aut te-ſtimonium veritatis, percontatur AMOR DEI, oſtendis, te Domo Humilitatis ve-nire? ſic ſanè, Domine mi, ait Deſideri-us, binas habeo ſchedulas; quarum vna in Domo prædicta tradita, dicitur CO-GNITIO ſui. Alia, quam ipſemet in via mihi conſcripſi, Vocaturque, COGNITIO DEI. Plurimùm gaudeo mihiq; perpla-cet, te ſolertem adeò ac prouidum eſſe; verùm agedum ſodes, credisn' ob eiuſ-modi COGNITIONEM te intromitti deberi, aut vel nos, te recipere obligari & con-ſtringi? Neutiquam, reſpondit Deſideri-us, at ſolùmmodò, quemadmodum antea

innueram, merâ gratia & beneuolentia
vestrâ. Enimuerò penitùs me præterit,
quin COGNITIONES istæ perquàm probè
exaratæ & cōscriptæ; porrò benè memini
me in DOMO HVMILITATIS non nihil
temporis insumpsisse; Vbi tam Domûs
ipsius, quàm Virginum omnium proprietates,
conditiones ac munia mihi ostensa
fuêre; verùm prorsùs me latet, num fructus,
quem inibi comedi, sit bene digestus,
decoctus & in stomacho approbè solidatus,
quantumlibet prædulcis videbatur
faucibus meis; nec vel scio vtrùm
commodi quidpiam aut vtilitatis fecerim
& congesserim in via, nec ne? lapsus
namque sum creberrimè, spinæ ac sentes
me quàm frequentissimè lancinarunt, cæterùm
societas ista non nisi semicoactum
istuc me adduxit. Quare, Domine
mi, de nihilo boni peracti adeoquè
hûc mecum adducti, te securum aut vel
certiorem reddere possum, præterquàm
quòd segnitiem, socordiam, Vanitatem
ac omnimodam imperfectionem meam
incusare ac culpitare compellar. Præ alijs
igitur rationibus aduentûs mei AMOREM
DEI duntaxat inquirendi, eam vnicam
auscultare nō graueris (cùm inaudierim,
illum perprobū existere medicū) quatenùs

nùs & corpus meum perpurgare ſanguinemq; minuêre non dedignetur. Verùm enimuerò, prout intellexi, vno intuit omnes languores, infirmitates ac defectus cuiuslibet agnoſcit & peruidet etiamnum medultùs in pectore latãtes, imitùs tamen ac radicitùs medicari & perſanare non neſcit. Quî, inquit AMOR DEI, tam accuratè & exactè purgari, curari ac perſonari deſideras? Ideò, reſpõdit Deſiderius, quòd mihi itidem relatum ſit, nullum vnquam coinquinatum intromitti aut maculatum, ſed ingredi percupidum, purum ſceleris eſſe oportere. Eia age, quippe quoniam video te, inquit AMOR DEI, ſpem omnem, fiduciamq; noſtro committere placito, tua deſideria & affectus in manus reſignare noſtras; ſuſtine hîc permodicum patienter, non enim introduceris, aut cum AMORE DEI loqui poteris, niſi primitùs colloquaris cum Puero eius, quem hîc cuncteris affuturum in Dei nomine vltroſponte inſinuantem ac ſurgentẽ omnia, de quibus cum ipſius loqui aut tractare Domino poſſis, ac debeas.

CAPVT II.

De dilectione Proximi.

DEsiderius anxiè suspirabundus expe-ctoralesq; Cælo dabat voces, præsto-lando puerum; qui se duntaxat duceret ad Dominum; at eminùs ad se venientem prospicens (vocabulo. AMOR PROXIMI) gauisus est vehementer; atq; ob ingen-tem successûs prosperi lætitiam, quâ in Dominum Pueri tenebatur, sese à lacry-mis continere non sufficientē Amor Pro-ximi interrogat dicens: quî ploras? in Domo namq; hac omnes lætantur & ne-mo est, qui fleat. Causa fletus mei, ait Desiderius, haud tristitia quæpiam est, sed lætitia exuberans. Quem quæritas? percontatur AMOR PROXIMI. Fili, infert Desiderius, perquiro AMOREM DEI. E-phebus à seruitijs sum illi respondit atq; si Dominum meum inquiris, cognitio-nem priùs mecum amicitiamque incas, conuiuere quoq; mihi assuescas, oportet. Etenim Dominus meus tanto me prose-quitur amore, vt eum, qui me non dili-git, nec nosse, nec alloqui nec vel respi-cere velit. Desiderius peruellem ait, con-ditionem, & proprietatem tuam scire, at-que ob Amorem Domini tui tecum feri-

re ami-

re amicitiam. Si me amicum habere peroptas, ait AMOR PROXIMI, operæ pretium est, vt quolibet mane herbam in jentaculum mihi supportigas, vocabulo: HVMILITER COGITARE. Meridie aliã, vocitatã: HVMILITER LOQVI. Vespere etiamnum HVMILITER OPERARI. Vbi hanc inueniã herbam? percontatur Desideri⁹. Primã, dũtaxat, HVMILITER COGITARE, respondit AMOR PROXIMI, operatur & conficit HVMILITAS cum suo patrefamilias reminiscendo sancti propositi, vt se vaniorem, exiliorem, tenuiorem, viliorem, contemptibiliorem ac omnibus aliis faciat, & habeat minimam, atq; brutum prorsùs & iumentũ rationis expers; quod pariter propositum præparat & cõdit obsonium seu epulum dictæ Humilitati, dicitur CONTEMPTVS SVIMETIPSIUS. Pariformiter ad herbulam hanc (de qua nobis sermo) conficiendam, necesse est adhuc quampiam sumere, vocatur: Opinio de Proximo bona, proba, & dextera, ex quib⁹ conficitur & cõstat: HVMILITER COGITARE, seu humilis Cogitatus. Melior autem, ad hæc præparanda, pharmacopola toto haud inuenietur orbe, prænominatæ Humilitatis patrefamilias, qui approbè & exquisitissimè præfata & excoquere.

coquere, parare & condire calebit, dummodò tibi familiaris adeoq; amicus exciterit. Secunda herba, nempe: HVMILITER LOQVI, tribus aliis herbulis conflatur, HVMILITATE ſcilicet MANSVETVDINE, & AFFABILITATE, quæ pertenui perminimoq; puluiſculo infuſa atq; aſperſa vocitantur: Pauxillatim, & Parum ſeu modicum. Tertia demùm herba: HVMIILTER AGERE, quadruplici materiâ ſeu herbulis quatuor cõſtat; principaliores ſunt; Gaudium, Charitas, Impigritas ſeu diligentia ſedula. Porrò ſi herbas iſtas mihi ſupporexeris & dederis manducandum, amicitia & notitia noſtra ſtabilietur & firmabitur, & mea interpoſita authoritas te cum Domino meo propediem ac breui loqui faciet. Perſuaſionem & doctrinam pueri huius admodùm Deſiderius acceptabat approbabatq; dicens: Quippe quoniam conditionem, deſiderium, & animi tui ſenſa aperuiſti, toto mentis conatu ſtudere adnitar prædictas conquirere herbos, illaſq; tibi iniunctanter tribuere & inſinuare illaborabo. Interim multo tempore adhærebat & conuiuebat Puero illi Deſiderius, vt totus familiaris ei factus vel antedictas tribueret herbas, cum illo conuerſando, agendo, con-

fabulan-

fabulando. Quadam tamen vice, affatus est Desiderius ephebum illum; dicens: summoperè precor, præstes mihi copiam & ad Dominum tuum veniendi & intrandi. Porrò æquum & iustum est, respondit Amor Proximi, cùm, quod ex te potueras, præstiteris. præstolare nonnihil attamen, donec videro, vtrum commodè exire, tecumque colloqui Domino meo vacauerit aut placuerit.

CAPVT III.

De dilectione Dei & Proximi, ac de alio statu dilectionis, nec non officio & exercitio ejusdem.

DEsiderius anxiè cogitabundus & animo suspensus hærebat, num Amor Dei ad mutuum exiret colloquium, cogitans in corde suo seipsum perpauperem adeò vilem, miserum, ac contemptibilem, minimè quoque dignum se existimans, qui tãto eum Dynaste exordiretur conferretq; sermonem; porrò istiusmodi solicitè, solerterq; suspensus & intentus cogitationibus, conspexit sibi quendam approximantem & addexterantem ac dicentem: Frater, quid aut quem quæris, aut quodnam desiderium tuum? Dei

Domine, ait Desiderius, perquiro Amorē Dei. Qui subsumpsit; sum qui loquor tecum. Quibus auditis Desiderius, corruit in terram exanimis. quem extemplò Amor Dei manu extensâ subleuauit: cerꝭnens autem se ab Amore Dei subleuatum, vehementissimè flere occepit, vt nec Verbulum effari, neq; (sic dixerim) hiscere quidem præualeret, in tantùm, vt Amor Dei (quippe qui prænobilissimo, tenerrimo, lenissimo & præjucundissimo pectore existit) compassione ductus, tactusq; dolore cordis intrinsecùs illacrymari cōpulsus fuerit; & immirans ingens desiderium, ardentem amorem, ac voluntatem Viuidam, quâ in se exæstuarat Desiderius, adeòq; flere implacabiliter eum prospiciens, dixerit. Ne fleueris rogo, nec iam deinceps me torquere, pœnaq; affligere velis: pati namq; minime aut videre diligentem me pariter ac flentem possum. Verùm dicito amabò, quisnam indicauerit, me hanc incolere Domum? Quidam ouium pastor, mihi obuius, inquit Desiderius, & Viam monstrauit & de te retulit. Quid dixit de me, petit Amor Dei; aut quî tantum præ te geris affectum amoris? vel quorsum inexplicabile in me desiderium tuum? proptereanè

quòd

quòd auribus perceperis, me, mihi famulantibus ac familiaribus ingentia & præpinguia ſalaria, concupita exoptataque conferre ſolatia? Haud ſanè, reſpondit Deſiderius, id cauſſæ eſſe putes mi Domine, ſed ideò, iſtud exiſtimes velim, quòd nobiliſſimum, benigniſſimum te in audiens Dominum, quin & vel ideò, quòd amicos & tibi familiares in eiuſmodi inuehas & introducas locum, vbi Deum (quæ ſumma ſupremaq; apud me foret felicitas, quæ mihi aut cupiam in mũdo hoc contingere poſſet) videant & clarè intueantur. DEI AMORI ſanctũ & ardens Deſiderij propoſitum vſque adeò placuit, vt vehementiùs ac feruentiùs dilexerit eundem. Hinc erectus Spe fidentiùs ait Deſiderius; Permirum, mi Domine, vtpote qui Nobiliſſimi ac Potentiſſimi Regis, es ac haberis filius, nihilominùs te quærentibus per magnam adifficultatem, arduum & inuincibilem laborem exaggeres ac ſuperaddas, quòdq; tot Viarum anfractibus, ambagibuſq; aſperitatum ſuperatis & ſuppeditatis, extremâ lineâ, quod aiũt, & ſolicitè quæſitus, tam perdifficilis ſis inuentu? Faceſſe amabò, inquit AMOR DEI, myſteriũ iſtud multis imperuiũ eſt, &

abſconditum : Nam qui arbitratur ſe haudquaquam me inueniſſe neque nouiſſe, quin nec indagaſſe quidem ; huic nihilolecciùs ſum proprio, hic & mei prorſum plenus exiſtit. Alius arbitratur quòd iamque me teneat, & adinuenerit, cùm attamen à me elongatus ſit, ac penitùs neſciat. Efflictim, inquit Deſiderius, peto, indicare velis ſtatum, munériſq; tui officium ac proprietatem, quibus cognoſcere ſeu indigare, vel colligere valeam, num propiùs te exiſtā nec ne ? ingenuè namque fateor Dominum te meum eſſe & amicum. Iam tum, AMOR DEI ait, officij mei eſt, totumq; occupationis negotium, in omnibus pertinaci adniti ſtudio, DEVM amare, adeòq; Filium COGNITIONIS DEI eſſe. Quo modò, petit Deſiderius, Deum amas ? Sine modo & menſura, reſpōdit AMOR DEI, adeoq; deficio ac morior deſiderio in diligendo ; ex toto duntaxat corde, tota Anima ac mente, totiſque Viribus diligere ſtudens, nullis mediis, modiſq; poſſibilibus indulgendo aut parcendo, quò minùs illum ampliùs & ampliùs amare, dilectionem eius & amorem cognoſcere, ac deguſtare ſuffecero ; adhuc inſuper adlaboro, quatenùs eò ſtatu & modo (vt ſibi placet, ad honorem

norem & laudem eiusdẽ ac meæ salutem animæ) cognoscere & eum scire vale-am. iam tum percupio vt totus mundus, ob infinitam & ineffabilem bonitatem illius diligat & cognoscat eundem atq; adeò ab omnibus creaturis, laudetur, colatur ac benedicatur. Quo pariter desiderio, memetipsum adigo, offrigo & subjugo, vt nec aut minimo vel maximo: multo vel perexiguo; in nullo penitùs illi reluctor, refrager vel aduerser, quod vel sibi posse displicere aduertam, at verò licet subinde infirmitate, aut vel ex fragilitate illum offendere contingat, illicò veniam & indulgentiam desidero ac expetisso. Sicq; iterum inimus amicitiam præhabitam, consuetudinem renouantes pristinam. Cæterùm cum itidem Dominus me⁹ nobilissimus, suauissimus ac benignissimus existat; necdum hic finem impono, minimèq; primo ac prædicto statu contentus sum sed & alium insuper adinuenire illaboro; vt scilicet secundum pauperculum posse, ac exilem modulum meum omnia pertentare, atq; exfacere aut in opus transfere, quæ aut ille ipsius, aut minimus valeam, adeoque domesticorum vltimus, mihi mandat; iniuncta quoq; maximâ cùm reuerentia

rentia, omnia deuotione, amore, lætitiâ, submissione, (& quod primũ est,) vltroneè ac voluntariè, haud coactè, omni loco & tempore, nunquam & nusquam, etiã vel minutissima quæq; exequi ac perficere studeo ; in his tandem scire & cognoscere possum, quantũ illum diligam ; si nimirũ ipsemet quæ iniunxerit fecero. Etenim credo nullam rem in toto vniuerso sibi fore, aut impræsentiarum esse, chariorem ac magis placitam (demptis quibusdam ; nimirum cum illo sermocinari aut colloqui, ardens obsequium summumq; honorem & venerationem illi exhibere, atque miracula clarere aut facere, fulgere gloriâ) quàm si ea fiant, quæ ipsemet vel minino nutu aut vel quispiam vice ac instinctu ipsius (dummodò haud commentiatur) jusserit. Cùm Dominus meus interroget, dicens : Quî putas obsequia tua, mihi placere debere ; aut quî te diligere possum si iniuncta haud capessas ? quâ fronte asserere audes, quòd me diligas ? scire etenim debes, te in nulla re, spiritum tuum mecum vnire aut vel voluntati meæ tuam conformare posse, præter, si assignata quæ fuerint, sponte tua, non inuitus ; at impigrè & nauiter feceris executioniq; mandaueris.

CAPVT IV.

Prosequitur officium Dilectionis Dei in statu eodem.

IN eodem statu Amoris proposui omnia præstare ac exequi, ad quæcunq; me munus atque vocatio propria auocat. Quoniam enimuerò memetipsum semel deuinxi & obligaui (cuius haud quaquam me pænitet) nunc præcepti loco illud habeo & exosculor, quod olim facere aut vel negligere, adeò quoq; infectum relinquere, (sine tamen Dei offensa) mei erat arbitrii. Ea propter perquàm studiosè officii mei debitum & ad idipsum requisita, expendere nunquam non intermitto, cæterum ad accuratiùs beatiùsque prænominata peragendum, cum consilio Sapientum jugiter inchóásre omnia, aut vel sacrâ pagina memetipsum regere ac regulare mihi imprimis cordi est. Etenim apprimè noui, quàm plurimos Dominum meum ad iram concitare, quòd turpiter ignorent concernentia officiũ suum nec ea, quæ idipsum expostulat; si verò sciant, nec faciunt, deteriores euadunt, eò quòd haud ignorantiâ aut vel insipientiâ, verùm purâ ac merâ delinquant improbitate & malitia.

litia. Demùm ea, quæ voui ſanctè promiſi, & exiuraui (ad quæ vel maximè obligor, adeoque obſtrictum me optimè ſcio) toto conatu, ac ſolenni ſtudio exequi & perficere accuro: pollicitus ſum etenim Domino meo, vnà cum trigeminis Virginibus (OBEDIENTIA duntaxat, CASTITATE & PAVPERITATE hîc commanentibus) fidem, eamque perennem ac perpetuam. Dictas Virgines ille veluti Dominas meas & Amatrices mihi præſtitis ac propoſuit. Iccirco quâ mane, quâ veſpere, præcogito, quî diem ijſdem ad placitum quàm competentiſſimè inſeruiendo, impendã; ita dicendo: Penſemus, Anima mea, qualem hodierna die habitura ſis rationem condignæ ac neceſſariæ, in tuas Virgines, obſeruantiæ, Venerationis ac reuerentiæ. Nocte pariter in hæc eam conſueui affari verba: videamus, anima mea, quî die hodierna, Virginibus tuis accuratũ, ſtrenuum condignum adeò præſtiteris ancillatum. Verum iram in te cujuſpiam haud concitaueris? Atque ejuſmodi ratione, quàm ſtudioſiſſimè illaborare aueo, omnem ſolicitudinem, ac curam eò duntaxat, vertere, dirigere, ac collimare, me vt famulum præbeam ac exhibeam, præ-

aſſertis

aſſertis Virginibus, perfidelem. Quî id ? percontatur Deſiderius, ideò, ait AMOR DEI, quòd Domini mei attibernales ſint & Cubiculariæ, nemoq; conclaue illius intrare poſſit, aut cum eo conſerere ſermonem, quemcunq; dedignentur aut arceant ingreſſu. Efflictim, inquit Deſideri⁹, precor, ediſſerere collubeat, quodnam ſit tuum ſpirituale exercitiũ, Virginibus his meliùs accuratiùſq; & inſeruiendi & fidelis admodùm exiſtendi permanendique. Tria proſita, reſpondit AMOR DEI, maximè mihi cordi eſſe putes, quæ die ac nocte præparare ſatago, quæ pariter me compellunt omne, idq; fidele obſequium ijſdem præſtare. Quorum primum dicitur: NIHIL POSTVLA ſecundùm: NIHIL DESIDERA. Tertium: NIL COGITA. Primum, dum paratur cum juſculo, Vocitato, FACERE, ſubſeruit OBEDIENTIæ, diciturque tunc NIHIL EXPOSTVLA & hoc quò puriùs aut terſiùs illi ſumendũ vel manducandum apponitur, eò majorem & arctiorem mihi apud Dominum meum conciliat amicitiam, exuberantiori largitur gratiâ, fauore dignatur efficaciori; omnia duntaxat illi de me ſuggerens bona, vt ſe mihi benigniſſimum clementiſſimumque exhibeat Dominum. Antedi-

ctum esculentum nimirùm: NIHIL POSTULA; si alio insuper jusco parauero, quód, HABERE, nuncupatur: dicitur. NIHIL ad HABENDVM POSTVLARE, quò nutrio ac sustento aliam Virginem, vt puta PAVPERTATEM. Subsiste hîc pauxillulùm, ait Desiderius; Quomodo haud quidquã habere expostulauero, nonnihil subinde opus habens? Non ita datur intelligi, respondit AMOR DEI si enim magno quopiam indigeas, tibi sit superior, qui vel ipsus vel per Vicarios suos omnem suggeret ac ministrabit sufficientiam, absque eo, quòd opus fuerit expetere; id enim nullatenus tibi expediret. Enimuerò sicubi est totius Conuentus aut Cõmunitatis regimen aut curam gerens, omnes & singulos vtiq; (quemadmodùm condecet Superiorem) indiscriminatim probèque prouidebit. quatenùs aut vel alij meliùs & competentiùs Deo vacent, Diuinisq; intendendant solertiùs atque Cælestia expeditiùs meditentur & contemplentur, vniuscuiusque solicitudine procul, hoc vel illud exigendi: Summa nanq; foret malitia, si quæ alia, subsulsus si Superior, expulsâ discretione sibi subditis & subiectis, absq; eorum postulatione aut exigentia, necessaria denegaret.

ret. At verò, quod dico de Expoſtulatione, volo, bifariam intelligas. Primò, cùm ſine requiſitione, tuæ non ſuccuratur neceſſitati, quod grande eſſet piaculum, mulctariq; nimiſquàm bene commereretur, præſertim perſonas inter ſpirituales. Secundò, dum res eſt ſummè neceſſaria, non tui abdominis, nec curioſitate aut pruritu quæſita, proprioq; excogitata ingenio. porrò omnibus alijs concupiſcibilib⁹ luxus ineſſet, ſingularitas & tentatio cohæreret. Etenim crede mihi, ſub prætextu rerum ejuſmodi, & operculo commentitiæ neceſſitatis, turmatim multa & magna vitiorum genera permiſceri ac latere; maximè in rebus ſuſtentationem corporis (vt puta, cibum & potum, & ſi qua ſimilia) concernentibus. Quî cognoſcere poſſum, percontatur DESIDERIVS, perneceſſaria eſſe, aut voluntaria, aut quomodo, conjicere, quòd res quædam veram inducant neceſſitatem, an pellacem imò fallacem præferant voluntatẽ? Expende, inquit AMOR DEI, num ijſdem carere, illa ſufferre aut pati, & his deſtitutus aut ſpoliatus viuere poſſis non vel ob eadem ſingulare notabileq; ſubiturus ſis periculum; Spiritus aut corporis in-

de magnum haud perpeſſurus nocumentum? Si nanq; certò credas, tui tamen deceptione procul, tibi in periculum vergere poſſe, aut vel conſciſcere damnum; tali caſu, NIHIL EXIGERE, foret peccatum; & EXIGERE aut POSTVLARE meritoriū; ſi alioquin DEO id ipſum adſcribas. Si verò indigus aut vel illis expeditus, vitam degere poſſis citra detrimentum præuiſum, aut diſcrimen imminens (dum tamen viam non excedat diſcretionis) tunc temporis NIHIL EXQVIRERE (licet quodammodò perneceſſarium ſit, aut vel eſſe videatur) permagnæ virtutis, non minoris pariter eſſe exiſtima meriti: quā-quam iſtud EXQVIRERE juſtum & minimè indecens exiſteret. Verùm enimuerò, beatus homo, qui ſemper nonnihil ob AMOREM DEI patitur; attamen ſi res eſt, quâ, ſine Spiritus, aut corporis detrimento, carere poſſes, propriam voluntatem eſſe puta, licet ſanctum referat, & commentiatur velle, competens æquumque præ ſe gerat ſentire. Peccata etenim non manifeſtè aut patenter irrepunt irruuntque, nec vel palam ſe produnt, ſed ſub vmbra vel ſpecie boni ſeſe clanculum inſinuant, & in errorem ducunt ijſce ſuccumbentes. Sic igitur iuxta antedicta

quidpi-

quidpiam desiderare potes, necessitatis omnimodæ aut propriæ Voluntatis ac illecebrosæ sensualitatis semper attentâ ratione: atque ne hominem, proprium sentire aut propositum decipiat; nec vel semetipsum circumueniat, nimisquàm virtuosa & clara indagine, indesidì perquàm ac impigro opus habet scrutinio: quæ si desint, secundum sapientum, hominumq; sensatorum, aut vel sacræ lectionis consilium, res quasq; suas moderari, regere, regulareq; cumprimè bonum, ac pernecessarium esse nouerit.

CAPVT V.

De alijs duobus propositis dũtaxat: Desidera Nihil: & Cogita Nihil.

QVippe quoniam primum intentum seu propositum, breuiter tibi aperui, quo duas Virgines illas, scilicet OBEDIENTIAM & PAVPERTATEM alam ac sustentem, conditionem pariter residuarum, nempe NIHIL DESIDERA & NIHIL COGITA, edisseram & adstruam refert. Proinde sciendum, præassertum, vt puta, NIHIL EXPOSTVLARE, nec vndè scaturire, pullulare aut excrescere, nisi è desiderio habendi vel faciendi; si autem causa &

Origo rei, quod eſt deſiderium nihil concupiſcendi, annihiletur & exſtirpetur funditùs: effectum & fructum pariter tolli, deſtrui, ac in nihilum reuerti, per ſe patet; ex quo oppoſitum, NIHIL EXPOSTVLARE, emergit & conficieitur; hoc eſt ſecundum intentum, quo refocilatur & alitur PAVPERTAS. Nihilo minùs nòn intelligitur, iſtud, NIHIL DESIDERARE aut NIHIL CONCVPISCERE, dẽ mundanis & carnalibus, ideò, quia herbula iſta aliam habet radicem & ſurculum, de qua erumpit, & exilit, quod eſt; COGITARE. (deſiderari etenim ac concupiſci nequit, quod præcogitatum haud fuit) habeo igitur tertium propoſitum ſeu intentum, quô nutrio tertiam Virginem, ſupple CASTITATEM. At, COGITARE hoc, intelligas velim, aſſiduum, firmum, entitatiuum, & ratione præoccupatum, cùm quodpiam deliberatâ voluntate conſenſu atq; voluptate fiat & peragatur. etenim non eſt in poteſtate hominis, NIHIL penitus COGITARE; bene autẽ in poteſtate eiuſdem poſitum puta; cogitationibus diu haud immorari aut inhærere, at illas quantocyùs propellere, ſæpiculè abigere atque expungere, Deumque cogitare; Verùm

ideò, quòd herba eiuſmodi COGITARE, liquore quodam (quod VIDERE dicitur) humectatur debemus, eandem pertenui aſpergere puluiſculo, quod CLAVDERE OCVLOS nuncupatur; & ad id cumprimè bonum, vtile ac conducibile. Prænominata tria Propoſita, emundant Animam meam à mundanis omnibus, propriâ voluntate, & omnimodâ labe. Sed & (Amandi Domini mei gratiâ) permagnam tribuunt ac largiuntur munditiam puritatemq; cordis; proprium mihi inordinatumq; ſubducendo amorem, atq; totaliſſimè eidem me reconciliando. In ſupranominatis tribus propoſitis, omnia alia exercitia & vſus, qùæ Spiritui competunt, induxi, compilaui ac comprehendi, quâ, HVMILITATEM, quâ reliquas Virtutes, concernentia: idq; ijs de cauſis, quòd haud ignorem; in ijſdem perfectionem conſiſtere omnimodã. Quare cogitare noli, me otiosè vel in caſſum prætactis ancillari Virginibus; ſunt namque mihi fautrices, prouident, procurant ac imperciuntur omne bonum. Quædam illarum (nempe PAVPERTAS) nimiſquàm pulchram Regiamque mihi dono dedit Veſtem. Rogo, ait Deſiderius, videam illam, vbi habes? In duobus, ait AMOR

DEI,

Dei, eam asseruo & habeo locis; in Corde, duntaxat; cellula mea. Clenodium seu monile hoc tantæ dignitatis est ac pretii, vt nullo modo in corde meo contineri posset, nisi eiectis ac deturbatis ex eo cunctarum rerum mundanarũ amore, & concupiscentiâ: pari modo, non vel in Cellula mea sedem id ipsum figere inueniret, nisi propulsis inde atq; extrusis superfluis, priuatis, ac singularibus omnibus, aliquibus libris necessarijs exceptis. Quî, percontatur Desiderius, vocitatur Clenodium illud? nuncupatur, respondit Amor Dei: Nihil Omninò. equidem maximus thesaurus est, quantumcunq; Pavpertas possidere & quanto quanto delectari sufficit; quæ tamen ditissima, quin totius Orbis terrarum audit Domina: idq; ideò quòd thesauri sui tantum habeat, quantum velit habere.

C A P V T VI.

De Officio Amoris Dei, *ac de Oratione, in statu eodem.*

IN antedictis statibus vel Viis Amoris, de qua nobis sermo, vt puta; Facere quidquid Dominus meus præcipiat, & officij mei munus faciendum requirat,

alia

alia deinceps: pernecessaria est circumstantia, id est; in officio mihi præscripto, & in statu, in quo me idemmet Dominus meus collocauit, quò sim conclauis illius Virgo cubicularis adeò & custos. Quare dum ministratum accedo, & quidpiam obtinere gestio; cum aut illi loqui volo; illaboro cum summa cordis humilitate ac puritate illo coram comparere. Et ideò, quò purius mundiusq; cor meum fuerit. eò meliùs clariusq; illum cognoscere ac videre valeo; petoq; Fratrem meum (TIMOREM DEI) vt vnà cum tota ratione honesti, verecundiæ ac reuerentiæ, haud grauatè mecum veniat. Quid agis, vt prædictum honestum tecum, quærit DESIDERIVS, vadat? cogito ac considero, infert AMOR DEI; Quisnam sim, & quis sit Dominus meus, perpendo namq; Sanctissimam supremamq; eius maiestatem, & quòd æquum justumque sit, illum timere; vtpote omni honore, cultu, reuerentiâ, timore ac laude dignissimum.

Vltrà pensitare consueui, cuncta beatorum Spirituum agmina & phalanges in faciem coram illo procidentes, illum adorantes ac benedicentes, in illumq; sese tranferentes ac transformantes, ob-

 stupesce-

ſtupeſcere ac contremiſcere. Rurſus co-gito, quòd cor meum, cogitatus, volun-tatem ac intentionem perſpicaciſſimè in-tueatur ac peruideat; Secreta omnia ri-metur; cunctaque licet profundiſſimè in eis abdita & abſconſa melius memetipſo pernoſcat; adeò juxta Diuinam volun-tatẽ ac beneplacitum ſuum ſicut ordina-re, ita & exequi, perficere ac infecta re-linquere, poſſit; viuere vel cuiuslibet ac mori; eſſe, & non eſſe; totiuſque mundi beatitudinem & damnationem; in ma-nu eius ac poſita eſſe poteſtate.

Demùm perpendo, quod totus bo-nus, immò ſuprema ſit bonitas, quod cumprimè & nauiter conſiderans, quan-doq; cor meum obſtupeſcit, contremiſcit liquefit & propemodùm frangitur; ma-ximè dum cogito tam improbum me, doloſum, fœdum, abominandum, adeò ſordidum, immò pluſquàm canem mor-tuum hircoſumq; peccatorem, tantum attamen gerere & adminiſtrare Officiũ, tali cum tantoq; familiariter agere Dy-naſte; quòd ſuprema & ſuperbenedicta maieſtas, me ſibi appropiare, ſecum col-loqui, conueſciq; ſinat & compatiatur, veluti intimum ſuum amicum. Sæpiu-ſculè idipſum etiam mente reuoluens,
illi

illi dico: heu! Domine mi, quid decus aut apponatur tibi, quòd mali, immundi, fædiq; peccatores te coram adstent? æquumnè, Domine, vt absfalsissimis ac omni spurcitie coinquinatis, squalidissimisq; tibi seruiatur hominibus? vbi eheu cultus, honor, decentia, nimis admodùm magnæ tuæ maiestati competens ac deseruiens? quid responsi, ait Desiderius tibi dat? ne minimum noui, respondit Amor Dei, solùmmodò, quòd præ gaudio in lamenta me ruere compellat, dicatque: Nihil cures, neq; angat te, aut contristet quidpiam; quandoquidẽ munus istud pertemetipsum minimè procuraueris, quæsieris neq; te ipsum ingesseris aut commendaueris: Verùm ego te, ad illud, sicut vocaui ita & assumpsi: noui etenim quare & ad quid feci: sed magis satage obligationi ac muniis tuis respondere, nitidiusculè posse tuum excolere ac strenuè exequi. Quid dicis illi, scifcitabatur Desiderius, dùm loqui coram appares, Hvmilitate, Charitate, Timore, & Reverentia septus? primò officium meum recito, quod in ordine meo & ex voto ac professione legere contingit & obligatus sum; idq; non tristitiâ aut ex fastidio, inuoluntariè vel
 coactè

coactè; at summâ cum deuotione, studio, obseruantia, hilaritate, ac bona voluntate, quoad possibile mihi. Quamuis autem ad id obstrictus sim, nihilo minùs facio de necessitate Virtutē. Subinde non nihilum ab eo obtinere nitens, illumq; ad idem præstandum inducere volens, toto conatu ac pertinaci studio illîus incumbo laudi & neutiquam cessare ab eadem adlaboro; ratus, id ei pergratum esse, plurimumq; placere : atque illum laudando, enarro simul mirabilia eius, quæ fecit, in his summoperè lætando; quod itidem facio in annunciando & recensendo potentiam, maximam Sapientiam & bonitatem illius. Vltrà quoque enumero summam gratiam & immensa beneficia quæ athletis suis ac famulis præstitit, injisce illum laudando ac benedicendo. Sed & minimè immemor ac sedulò recordari connitor permagnæ eius misericordiæ, quam etiam-num suis commonstrauit inimicis, & impræsentiarum ostendit; omnipotentiam, magnificentiam ac supremam maiestatis eius excellentiam obstupescens; pariter nobilitatē altissimam immiror, & quod, nedum illos sinat abire impunitos, sed & gratiam impertiatur vltroneam. om-

niaque illis omninò bona conferat, indulgeat, & largiatur. Demùm grates persoluo pro Omnibus bonis, gratiis, in ipsomet contentis, virtutes, pulchritudinis Venustatem, in ipso existentes enarrando & dilaudando, pro hisce eum jugiter benedico: adhuc inde summâ perfundor lætitiâ, quod eadem & habet, & quòd tantum ac incomprehensibile sit bonum; quòd sæpiusculè facere contendo, voluntatem illius non ignorans, id sibi perquàm placere, velleque, quatenus homo illi soli adhæreat, cum eo de cunctis dulcissimis, amabilissimis, suauissimis & arcanis tractet & colloquatur rebus: quæ flocci pendentibus & conclauè seu penetrale secretorum eius ingredi verentibus, omninò abscondita sunt; tametsi in domo illius discursitent, diuagentur & commorentur, sibiq; cohabitent, atq; illius famuli existant aut habeantur cur has illi laudes, ait Desiderius, decantatis, benedictiones, gratiasq; persoluis? ea propter, respondit Amor Dei, quòd quò magis illum laudibus concelebremus, adeòq; ego memetipsum humiliem, asperner despiciam & inhonorem; eò magis sibi placitum sit. Porrò diuinæ supremæq; illius sit voluntatis, quò

eius bonitatem nobilitatem, celsitudinem maximam potentiam; exile autem posse nostrum, summam miseriam, malitiam omnimodam præ oculis iugiter ponamus, atque licet plurimas laudes cultus & eulogia illi deprædicem aut decantē, quantacunq; deferre atq; persoluere va; leo; nihilominùs certus sum, me in his nunquam & nusquam ementiri atq; exerrare posse: cum nobilior, maior, excellentior existat & potentior, quàm vel ego vel alia Angelica & humana simul creatura vlla cogitare & comprehendere sufficiant.

CAPVT. VII.

De Officio Amoris DEI *in alio statu & de forma Orationis.*

POstquam verò, quoad possibile fuit, illum, laudibus celebraui, iam ei & animam meam, omnem pariter voluntatem, deuoueo & consecro simul atque optimum propositum, quod habeo, vt puta, illum pro nulla re mundi irritari, exacerbari, aut vel leuiter irasci facere; efflictim ac vehementissimè illum rogando, quatenùs me in eiusmodi bona voluntate conseruare, corroborare

& confirmare dignetur, quæ ſine illo, in
ſuo robore conſiſtere haud poſſet, ſed ce-
ſpicaret, claudicaret & exerraret omni-
nò. Deinceps ſuppliciter veniam peto
pro cunctis offenſis, cōtra ipſum admiſſis
aut perpetratis; quò inſuper nihil cogita-
re aliud, non vel intelligere permittat,
ſeu quidpiam amore proſequi donet aut
concedat, quàm ſeipſum. Et quoniam
viliſſimum me, ſibi in ſeruum & amicum
delegit, ad tantumq; prouexit & aſſum-
pſit negotiū, vt pariter & Spiritū Humi-
litatis mihi impertiatur, qui animam me-
am ab omni malo, quod vel cunque ſibi
diſplicere poſſet, auocet, auertat & ab-
ducat, quò vel ipſemet vel pertenuia ob-
ſequia mea, nullatenùs illi probro faſti-
dioq; ſint; ſed per omnia, placita, acce-
pta. pergrataq; exiſtant, largiendo, quæ
vel ſcit vel mihi eſſe vult neceſſaria. me,
ad honorem ſuum ac beneplacitum ſcit
habere debere, idq; nullis aliis de cau-
ſis niſi vt mihi in ſe viuere ac mori
concedat, meque à facie ſua (licet id-
ipsū multis meruerim modis) haud pro-
ijciat. Poſtremò illum & pro illis depre-
cor, quos vel maximè diligo, & pro qui-
bus plurimùm (ſint quamuis ſpirituales,
aut carnales) obligatum me aduerto; vel
ſentio,

ſentio, tum pro tota domo; adhuc omnibus creaturis, vt illis gratiam conferre largiatur, quatenùs omnibus (ſecundùm condecens) innoteſcat & propalam fiat, omnes illum cognoſcant, diligant laudent, venerentur, ac benedicant, omnem operam nauans, quò totum hoc in puritate cordis loqui valeam. Quid juuat, dixit Deſiderius, quò puritate ejuſmodi, ipſo coram compareas? ſecundum poſſe meum, ait AMOR DEI, cuſtodio cor, & mentem meam, inuigilando cogitationibus meis, accuratam ſolicitudinem adhibens in tenendo ſuper animam meam cuſtodiam, Vigilantiam & excubias quàm ſolertiſſimas, jugiter ob mẽtis oculos ſtatuendo SIMPLICITATEM, quæ viſa mala in bona quin vel meliora mutat ac vertit omnia. Et quando abs toto mundo ſecurus degere neminemq́; formidare deſidero; ambulo, deoq́ue adhæreo Domino meo, quippe cùm ſupremum bonum meum, ſolatium, deciuum, ſuauitas & omne gaudium meũ ſit coram & cum illo eſſe, colloqui, aut vel conſiliũ ab eodẽ capere. Cæterùm nullo vnquam loco & tempore acquieſcere, quietari & ſatiari volo, non vel etiam totiùs ago & viuo, quàm in & cum illo. Porrò hanc ob cauſam, ſtatui

ac

ac propoſui plerumq; omnia deſerere ac relinquere, illi cohabitare ſoli, firmiter ac indiſſolubili animi vinculo adhærere, & nunquam ab eo ſeparari, ni juſſerit ipſus: vide, ait Deſiderius, quandoq; bonum, laudabile, neceſſumque eſſe, non nihil temporis ſacræ inſumere lectioni, hoc equidem verum, ait AMOR DEI, lectionem duntaxat bonam eſſe; at non propter ſcire aut (quod deteriùs eſt) ſciri velle, non vel indagare aut magnam inde velle experiẽtiã capere, ſeu doctiorẽ fieri. Sed tantummodo DEVM & vias ejus noſſe ac diligere; ad hæc autem, non multis indîgemus libris. Sed anima mea DEI amore malo langueat & identidem deficiat, omne deſiderium affectiones omnia interiora mea, cum tota pariter ratione intellectûs, in illo abſumi & abſorberi percupio vnicus nanque eius mihi ſufficit AMOR, qui ſol⁹ vel ſcitu perutilia perneceſſariaq; commonſtrabit omnia. ille quippe in via cum amandi, & haudquaquã irritandi, perplura ac ſecretiora edocere poteſt, quàm vel libri omnes in toto mundo reperibiles. porrò anima mea indipiſcitur maiorem cum eodem puritatem, timorem ac deuotionem, nanciſcitur & acquirit maiorem di-

gnitatem, contritionem ac pro peccatis dolorem; robur maius sumit, fortitudinem ac virilitatem, contra rebellem meam carnem, dum iuxta illum aut cum eo sum, quàm dum vel lego Cæterùm perpendo identidem, illum haudquaquam pluris lectionis, aut frequentioris, exactiorisq; studii rationem à me expostulaturum: verùm, quî exæstuante, omnia persoluerim aut peregerim, Charitate. Attamen hanc ob rationem, vltima, finalis, ac precipua mea opinatio haud est, penitùs & totaliter nihil legere debere, illos maximè, qui viam Dei, inspirationes, regimen adeoq; iussionem spiritus, non callent, & cogitationes suas, verba & opera dijudicare nesciunt; talibus siquidem summè opus est, longiusculæ immorari & insudare lectioni, spirituale, internũq; rationabile adeo exercitium addiscere: esset siquidem perinsignis dementia, insulsissima superbia, Regisq; contemptus, si erudis ac barbarus rusticus aut mendicabulum, aulæ vsûs aut moris ignarus, in præsentia principum ac potentum, regni adeò primariorum procerumq; omnium, regi ipsi facie ad faciem loqui attentaret, si vel in ipso sermonis medio linguâ seu discursu caderet,

ret, insulso suo ac fatuo deficeret sermone, maximum profectò sibi consciscerct pudorem, non minorē vel congereret ruborem ac confusionem, ita vt Rex eundem præciperet expelli: satiusq; esset si vel nunquam ad Regem intrasset & accessisset. Paris opinionis, aut sententiæ spiritualia sunto. Quanquam vel legenti peropus sit & Dei diuinorumq; cognitio ac notitia; operum adeò illius experientiam habenti, magis proficua existat Oratio, nobiliorisq; habeatur exercitii orare, quàm legere. cum in colloquio aut discursu duntaxat bellè prudens existat, formam & modum sermocinandi nec non vsum & consuetudinē Aulæ Spiritualis asseruare congruam nō pernôrit & calleat. Porrò si coram Domino meo ita ambulem, cumprimè studeo caput, faciem, dorsumq; neutrò vel hinc inde haud obuertere girareque. idque ideò quòd maiestati eius summum probrum, ac ingens crimen consciceret, si quispiam cum illo colloquens, aliò vultum obuerteret. Enucleatiùs id, quæso, ait Desiderius, dispungas & diluas: non enim bene & distinctè intelligo. Quando, inquit AMOR DEI, cùm Domino meo confero, si cogitatus meos, sensus & intelle-

ctum aliis rebus intendam, tunc illi tergum & obtutum obtrudo obuertoque. Igitur propono, mihiq; imaginor, illum ſemper me intueri adeòq; à me oculos nunquam auertere; ſed obſeruare, quid vel dicam aut quantâ reuerentiâ ac deuotione, quantâ cordis contritione, amore & aduertentia me geram. Demùm grates illi perſoluo pro cunctis beneficiis mihi & omnibus creaturis exhibitis, penſando ac recenſendo ea identidem aut ſæpenumerò, idque ideò, quod perquàm optimè noui, illum minimè velle, quò aut ego, aut vel vllus vnquam ingratus exiſtat, & ſuorum obliuiſcatur donorum.

C A P V T VIII.

De tertio ſtatu AMORIS DEI.

QVippè quoniam tibi ſtatum primum, quantò nimirùm in Dominum meum ferar amore, id eſt, illius, non vel in minimo quidem, iram in me concitando; & ſecundum, id eſt, omnia, quæ mihi præcipiat, capeſſendo aut præſtando, inſinuaui & pateſeci. Nequaquam hîc finiendum duxi, iccircò, quòd meus amor erga illum tantus exiſtat, quò tertium

non

non addubitem ſuperaddere ſtatum, vt. puta, omnia facere, quæcunq; præcogitare, præſumere, aut vel indagando conijcere ſufficiam illiq; bene placere ac pergrata fore probem. Vnde conijcis, percontatur DESIDERIVS, te facere id, quod illi placeat? è duobus id eruo & colligo, ait AMOR DEI; adeoque primum ſit; id duntaxat amare, ipſemet quod amat. Secundum: id odiſſe, ipſus quod odio proſequitur. Primum quod attinet, nempe illud amare, quod ipſe diligit. Tunc Filium Domini mei diligo, qui vtpote ſpecioſiſſimus, dulciſſimus nobiliſſimus & Virtuoſiſſimus omni, qui vnquam vel fuit; hic Patri ſuo, per omnia ſimillimus ſed & obſequentiſſimus, ſi quis vnquam alius Patri erat aut erit. Hunc filium ſicut ſemetipſum diligit propterea, quòd ei ſimilior ſit quocunq; olim filio parenti. Cæterùm vnitas & amor Patrem inter ac Filium tantus eſt, vt ambo vnum ſint, habeantq; vnam voluntatem, vnam virtutem, vnam potentiam, vnus ſit eis intellectus ac conſenſus & quamuis Perſonarum ſint ab inuicẽ proprietate diſtincti, ſunt nihilominùs vnitate naturæ ſeu eſſentiæ indiuidui. Huic Filio fecit Dominum meus propria manu Veſtem pa-

ſtoritiam, quâ indutus, de ſui Patris tha-lamo proceſſit, nunquam nō tamen apud eum & cum eodem manens. Atquè ita amictus ſeu veſtitus hanc obambulat do-mum conuiuendo ac conuerſando nobi-ſcum, cum cæteroquî videre illum haud ſufficeremus. Tunicatum eiuſmodi co-phinunque panibus refertum portan-tem, per huius mundi machinam, ere-miq; Vaſtitatem, ouiculas, quæ diſperſæ ac perditæ oberrabant, requirendas, re-inueniendas, & reducendas, miſerat & ablegauerat Pater; cùmque hanc pera-graret ſolitudinem, permiſit idem, vt à lupis enecaretur, noluitque abs canibus diſcerpto auxilium vllum, licet commo-diſſimè potuiſſet, præſtare; at voluit, quò à lupis, ſeueriſſimâ, horrendiſſimâ; infa-miſſimaque, quàm indubiè haud vnquam fuit, afficeretur ac perimeretur morte, propterea, quòd filius Regis eſſet. idque totum charitate pernimia erga nos fla-grante Dominus noſter præſtitit ac ope-ratus eſt; vt omnes de Domo ſcirent & agnoſcerent, quanto in nos exarderet ac teneretur amore, quò & nos quoque illi amorem compenſaremus amore. quos quippe prior dilexit adeò, vt Filium ſu-um dare non abnuerit, ſed pro nobis

omni-

omnibus in mortem tradidit. Desiderius, his auditis, vehementer & implacabiliter flere cœpit, perinde acsi gladio bis acuto, cor illius transfoderetur. Hunc Filium, pergit AMOR DEI, Pater tam delicatissimè diligit, vt licet eum occidi & interimi permiserit, nihilo seciùs per suam omnipotentiam, non multò post eum à mortuis resuscitauit; tantoq; nobiliori & Victoriosiori modo, quàm antea oues, quas recuperare aduenerat, cum illo ducendo; residuas, quas, in solitudine hac, post se saginandas reliquit, in optima custodia, accuratè ac nimisquàm solerter conseruans: sicque deinceps repetiit cubile seu thalamum Regis Patris sui; vbi in dextris sedens, eundem pro nobis incessanter interpellat, suspirans & gemens Domino coram nostrî causâ. credoque, quòd, ni propter illium, diutulè cæteroqui nos è Domo expulisset, tam miseri ac mali reperimur & sumus, pigrè admodùm ac tædiosè ei seruientes, obliuiscimur, contemnimus & spernimus, atque præposterè quâ ipsummet, quâ beneficia eius, recolentas ac prorsùs nihili facientes. Filium hunc Pater tanto complectitur amore, quòd facillimè crediderim, quin in mundo quidpiam reperiatur,

tur, quo gratiùs ei poſſit exhiberi, quàm ſi hic eius Filius adametur. Quare & ego illaboro totis Viribus, eundem diligere, ipſiq; ſoli placere. In quo, ſciſcitatur Deſiderius, eum diligis, illiq; placere ſatagis? Dum, infert AMOR DEI, ſanctiſſimam vitam ipſius, maximam ſollicitudinem, curam, laborem, ac benedictam ipſius doctrinam penſito ac recolo, meq; ei, quâ moribus, quâ geſtis, quoad licet & ſufficio, accommodo & conformo. Quò etenim Dominus meus excernit quempiam vitæ filii ſui compoſitiorem & ſimiliorem, eò magis diligit eundem; qui vtpote illum ad nos venire, nobiſcum commanere ideò, modumq; viuendi nos, per eundem, edocere, voluit; cùm antea viueremus pecudum more & jumenmentorum. Quamobrem Dominus ipſum propoſuit & dedit exemplum & inſpeculum; vt ſcire ac noſſe percupidus, vtrum ſcilicet opera eius, velle aut nolle, bonum ſiue malum ſint, huius Filii inſpiciat vitam, agnoſcatque, meliorem, tutiorem, probabiliorem, certioremque, hac in mortalitatis ſphera, haud inueniri & haberi exercitationem ac probationem. Alterum, quod Dominus meus amat, ephebus aut PVER meus eſt. *Dilectio, duntaxat.*

xat, Proximi, quem ille in tantum diligit, vt dixerit; omne quod vel cunque ipsi præstiterimus; sit siue bonum, siue malum se pro ipso susccepturum nouerimus, perinde quasi Domino ipsimet exhibitum. Quî PVERVM illum, percontatur Desid: diligis? Vti meipsum, respondit *Amor Dei*; Primò enimuerò cogito, quòd ómninò sit me melior, ac licet honestiori, eminentiorique, illo, fungar officio, potiusq; manus obeam atq; præstantius, tamen ei, in omni bono pareo & optempero, caueoq; illum lædere aut vel in minimo offendere; at omnia per illi grata & accepta, amicaque, quoad sufficio, exhibere, non vel illum temerè judicans aut culpitans; at indulgeo excusoque semper, verbulum nec malum illi loquor, sed conniueo, dissimuloq; lubens Naturales eius defectus, condolendo commiserandoque ei, dicoque de illo nihil mali, nolo, nec vel concedo quempiam secus vel dicere vel facere; neque etiam, tam præsens quàm absens, fieri ejusmodi patior: Cupio insuper quatenus Dominum meum, magis me, deamet; porrò exopto, quin & affectuosissimè Deum obsecro, quò illum, tam bonum, immò me, meliorem efficiat: nec spiri-

tualibus corporalibusq; bonis eius, non vel vlli rei mundi inuidere vnquam contēdo quin anhelo. at lætitiâ, illius prosperis rebusq; secundis, perfundor maximâ. Offensio, damnũ, & infortuniũ eius perimium mihi est cordi, perinde cum, ac si Angelum Dei, habeo indignumque me censeo, ei vel à seruitiis, quantumuis esse abiectissimis; & hoc totum propterea, quòd Dominus meus ipsum magno complectatur amore. Pari modo adamo communia seu res Communitatis, quas iccirco amplector, quòd Domini mei dicata & consecrata sint seruitio, cultui, honori, ac Domus eius ornamento. Proin desudo ac summoperè studeo, ne quidpiam vel minimum, præcipuè ipsius concernens sacram Religionem, ceremonias, Leges, institutiones, Regulam & huiusmodi ordinationes attinens dilabatur aut pereat. Quamlibet autem quidam prædicta vilipendant & contemnant, ego tamen existimo, quòd ni Domino nostro placerent (illarum duntaxat & vigor & obseruantia) Spiritus Sanctus illa nullatenùs præordinasset, præscripsisset & instituisset: ideoque minimam cerimoniam, ordinationem, decorem templorum nitoremq; non otiosè ordinata esse; at verò quan-

tulacunq; approbo, accepto, admittoq; ū-ratus, extrinsecum aut vel intrinsecum, adeoque Diuinum in eis latere cultum. quare factito prænominata vsurpoque; vltroneâ, liberrimâ adeò sponte omnia, cùm omni humilitate maximaq; reuerentia seruare volo. Cæterùm expendo, si eum haud colerem, non vel sedulam, omnemq; Domino meo inseruiendo nauarem operam, quis præstaret alius? quandoquidem me plus creaturis omnibus, deuinctum recolo & recognosco, illi nimirùm seruiendum; porrò si videamus seruos, mundi huius Principibus & proceribus tam promptâ obtemperantes alacritate, tam alacri promptitudine obsequentes, permagnâ charitate solertiâ & industriâ famulari, quî fieri putem Domino meo, haud vel me obsequi, qui vtpote in attibernalem ac domesticum suum me delegit & assumpsit? certè mundus totus si deesse aut vel deficeret & expiraret, nullusq; inibi haberetur, ego nihilominùs, in mortem vsq; fidelis esse ac permanere haud desinam, omittamque.

CAPVT IX.

Tractat de ijs, quæ AMOR DEI *odit, & conclusio muneris ejusdem.*

SEcundum prædictorum duorum tibi à me insinuatorum, multùm placet Domino meo, odisse nempe, ipsemet quod odio habet. vnde & mihi persuadeo, illum duos habere inimicos, quorum vnus sit MVNDVS, alter CARO mea propria. quos proinde proposui pertinaci cordialique insectari ac prosequi odio, neque pacem cum eis vllam componere, inire aut vel vnquam amicitiam percutere. Cui prosito, quò firmiùs inhæream, aliud mihi superest medium, me nusquam cum illis blandiri, vel joccari, non vel me recreare quandoque, sed neque aut colloqui vel conuersari velle, nisi Dominus meus præceperit; quo casu præfero & pluris facio præceptum Domini mei, quàm aut propositum seu intentum meum, velle quoq; proprium. Quare domûs istius Rectorem cõueni, quatenùs rem ob nullam mundi, ex non spatiandi vel animi recreandi gratiâ, in Vrbes, ciuitates, aut inter populum me ire permittat, vel etiã ablegct (id equidem oppidò execror & abomi-

abominor) si attamen idipsum injungatur, stringor aut teneor vtiq; jussa capessere. Tametsi verò subinde insistente & vrgente mandato Domini, certis de caussis exire cogar in mundum, vult tamen, quò in eundo, morando, ac reuertendo, illi sim fidelis; ne duntaxat proditoriè aut dolosè agere attentem, sed quantocyùs quoadusque possibile, injuncta expedire & exefficere domumque repetere adlaborem: noui namq; optimè, quòd quoquo pacto quispiam sese gerat, mundiq; vanitatibus intromittat, & negotiis, nihil prorsùs lucrari, at permulta perdere. Tali quoquè modo odi peccata mea, maculas & immunditias, motus inordinatos, desideria praua, passiones naturales, affectus, sensualitates ac inclinationes in malum, adeòque summo affligor dolore eadem in me reperiri, nec vel posse me liberari. non ignorans quòd prædicta Domino meo multum aduersentur ac omninò displiceant. Ea propter illaboro & adprimè studeo, numquam non meliorari & memetipsum emendare ac corrigere. Cæterùm amore illius deuito ac defugio commertium domesticorum omniū (exceptis rebus in nonnullis charitatem & veram necessitatem cōcernentibus)

tibus) me totalissimè ab illis enodando, & exsoluendo. tametsi illos in corde meo Sanctos, immò Angelos reputem, me neutiquā ab eis auelli permittens, quòd vel contemnam aut etiam conuersatione meâ indignos arbitrer; verùm viliorem me omnibus pono ac censeo, quàm vel eis commaneam, terramque, quam pedibus calcant, exosculari me postputo, & indignum censeo. Quare vel eisdem (nisi vrgeat præceptum Domini) me intromittere penitùs nolo. Quî istud? percōtatur Desiderius; ideò, ait AMOR DEI, quòd videam tempestate hac, Religionem, & sacrum Ordinem maiori ex parte, proh dolor! labefactum, pessum datum ac ferè in nihilum redactum; idq; propterea, quòd nedum spirituales mutuò, inter se nimiam, exerceant curiositatem, sed & sæcularibus (quòd deterius est) sese immisceāt personis ac negotiis. Hinc fieri videmus, omnem deuotionem, orationes internas, veram disciplinam, fermè exulare ac penitùs periisse, intantùm, vt claustra magnatum non nisi habeantur palatia, & inquilini seu inhabitantes tantùm personati, nomine duntaxat & habitu spirituales audiant, & sint; vtpote qui de mundanis, vanis, ad se non pertinentibus,

hentibus, passim conferant & loquantur. Porrò vitæ sanctimonia adeò inter illos est exigua ac Vilis, quòd vix, ad chorum conueniant; vbi etiamnum de sæcularibus solùmmodò ac mundi tumultibus, rumoribusque discurrunt, quibus distrahuntur vsq; adeò, quin vel ad Deum se conuertere valeant. Dum itaque contra cor & voluntatem, ac ferè semi coacti ad chorum confluunt & psallere coguntur, existimant se vel serò aut nunquam tempestiuè exituros, non vel ad finem peruenturos; sic vt profundæ meditationes, atq; sanctissimos Domini nostri psalmos perexiguâ cum deuotione & permodicâ reuerentiâ decantent atque persoluant; cor suum, cogitationes, intentiones in finem & culinam dirigentes ac collimantes. Ea porrò est ratio, quæ illos à sanctitate tam procul pellicit, auellit & abalienat; propterea, quia neq; Deũ ipsum, nec opera eius degustant, nec amore nec vel saltem desiderio illius tenentur. vnde neque illos agnoscere vult, sed omninò odit. Quocirca assuescere satagam & contendam, solitarius viuere & jugiter orationi insistere, quò anima mea occipiat dulcedinem & delectationem in Domino & rebus Diuinis, percipere ac haurire;

rire; vt ita consuescam amare eundem, sicut condecet; ea nanque de causa mundo renunciaui & exsoluendæ fidei gratiâ hûc veni. At vide, inquit Desiderius, ne alii dicant, te amore priuati aut proprii duci agiq; commodi; itaq; in te solùm omnes ora & oculos conuerterent. Minimè curo, inquit AMOR DEI: hominibus etenim placere, eorumq; gratiam aucupari, sicut non ambio; ita nec debeo, in his præcipuè, quæ Deo aduersantur & displicent; (sine tamen scandalo illorum) de cætero vnusquisq; dicat, quid velit; istud officii mei debitum, hæc functio est; proinde me habere percupidus, faciat quemadmodum feci egomet.

CAPVT X.

Quomodo AMOR DEI *Desiderium introduxerit domum.*

STans Desiderius admirabundus, atque ea, quæ sibi AMOR DEI inculcarat, diutulè pensans, dixit: Cùm prænominata præstiteris omnia, num, quæso, tibi non nemo metuendus? sanè quidem; infert AMOR DEI, seriò enim accuratè ac omni studio inuigilare habeo, ne ex bonis operibus vanam gloriam, propriam compla-

centiam, aut vel mei extollentiam adſciſcam & ſuperinduam; quàm ſi admitterem, hac eadem horâ & inſtanti Dominus me Domo expelleret. Quocirca matrem meam, HVMILITATEM duntaxat ſemper in promptu attineo. Rogo te, ait Deſiderius, non dedigneris me Domum introducere. Propera & veni, inquit AMOR DEI, diu ſatis mihi adhæſiſti. porrò ad alium adhuc te ducam perprobum ſodalem meum, qui præſtantius excellentiuſq; me, obit officium. Quî vocatur, petit DESIDERIVS, ſocius tuus? vocatur, reſpondit ille, DESIDERIVM DEI. Gaudens igitur ibat Deſiderius, AMORE DEI comite, DESIDERIVM DEI perquirendi, quo & inuento, quæſiuit dicens: Bone Domine, tunè, quæſo, DESIDERIVM DEI audis? Qui, eccum me, reſpondens, dixit: Quid tum denique? Quæ tua eſt poſtulatio? quæ petitio? Domine mi, rogat Deſiderius, placeat tibi, me in ſeruum recipere. BONAM ergo, DESIDERII, Voluntatẽ, multùm approbabat DESIDERIVM DEI, aitq;: Si mecũ eſſe cupis, oportet, vt ab aliis confratribus & ſodalibus meis perquàm probè ſis inſtructus & informatus: ſcito namque, è vino, quo vas ſupereffluit, DESIDERIVM DEI conſi-

ei. quapropter teipſum decipere noli, quouſque Dei Amore imbuâre ac probè implearis. Domine, infert Deſiderius, commanſi Dei Amori, me informanti de omnibus faciendis; atque Dei aſpirante gratiâ, ſpero fore, quoad licuerit, cuncta perficere. Verùm affirmare nequo, vtrum certitudinaliter Amor Dei mihi inſit, nec ne? cùm is ſolus diligentem ſe aut vel odientem pernoſcat ac peruideat. in quibus optimum eſſe arbitror humiliter de ſe ſentire vnum quemque ſic ex parte mei aſſerere non poſum, quid vel adſit mihi, niſi Canis hic nempe Bona Volvntas, ſed nec cogito, quòd meus exiſtat: nam dono mihi datus eſt. Sermo hic oppidò placuit Desiderio Dei, præcipuè quia hæſitabat Deſiderius, ſibi ineſſe magnum Dei Amorem. Affectuoſiſſimè obſecro, ait vltrò Deſiderius, Domine mi, placeat qualitatem naturæ tuæ ac proprietatem indicare. Quemadmodum, inquit Desiderivm Dei, homo per magnam exactamq; ſui cognitionem, magno ſibimetipſi odio eſſe, multùmque vileſcere incipit: pari modo vel. per magnam cognitionem, indagationem & experientiam Dei, contingit & prenſat idem homo magnum Dei Desiderivm; poſ-

rò me qui habet, nihil terreni mundani-que desiderat & concupiscit: nam facio eum nobilem, & adeò fortem ac strenuum corde; vt nimiquàm bonum se existimet aliud quidpiam desiderare aut vel exambire, me præter: nobilissimũ enimuerò, supremũ, ac ter optimum bonum, DEVS est. Cæterùm facio illum nobiliorem & superiorem quocunque tandem alio, vtputa, DEVM; porrò sit licet vili ex prosapiâ oriendus, facio nihilominùs illum Regem. Me, inquam, qui possidet, nil nisi Deum cogitat, loquitur nisi Deũ; Ea de causâ, quòd, vbi thesaurus eius est, ibi & cor & animus sit: id quippe, quod homo in corde fouet aut memoriâ, prius eloqui debet: Verba enim ore prolata, indicant & declarant animæ vota, desideria & affectus. Sum insuper Animæ (quæ desiderio viuit) cibus, edulium ac refectio. Sum potior adeoque superior huius DOMVS AMORIS, quin vel conclauis eius custos & janitor; habeoque, quos volo, & mei sunt amici, potestatem introducendi Domũ; atq; inambulo vocitando & vociferando, quousq; Dominus euigilet, quem etiam exire, cumq; inuocantibus, & ad se clamantibus colloqui facio. Quis putas, nos suscitauit, dum deforis

diutulè clamitares, & malleo Fletvs ac Svspirii fores pulsares ? hoc maximè præstitit ac effecit latratus tui Canis. Ego sū ; præ omnibus, nuntius certus & indubius & primus portam frequento, Dominūq; adeò, vicinus, immo proximus è vestigio sequor, atq; nunquam non præstò adsum illi. In manus etiam mihi traditus est arboris cuiusdam fructus, cuilibet ad manducandum distribuendus, Vocabulo : Devm Videre. Dulcisn' fructus is, Desiderius sciscitatur erotematicus ? nam in Domo Hvmilitatis alius mihi dabatur. qui erat parumper austerus & amarus, prælibatus & primò gustatus, durus ac perdifficilis deglutitu. Fructus ille, respondit Dei Desiderivm, supra modum dulcis. Quòd verò nonnullis sit dulcior, suauioremque in eo, alii reperiant saporem aliis, id accidere putes ex maiori, vehementiori fame cujuspiam, acriori & Vrgentiori appetitu, quòd vel expeditioribus polleant dentibus, orisque sint mundioris ; ideò etiam fructum istum dulciorem persentiunt, degustant & comperiuntur. Inueniuntur enim quidam rigidos aut demortuos habentes dentes, quibus propterea vel nocet, qua ruminare seu masticare dictum non sufficiunt

fructum,

fructum, alii sine fame commedunt, vtpote, quòd stomachum aliis cibis explenerint & aggrauarînt. Cæterùm aliis, quia febribus, (vtputa, inordinatis ardorum desideriis) aguntur insipidus redditur, effectum fructûs istius nescientes. Prælibare & probare mihi liceat, efflictim precor, anhelus ait Desiderius. Perplacet, inquit Dei Desiderivm, te dicere: Probare. Verùm enimuerò nequit, nec vel sufficit quispiam in vita hac illo satiari, nec ad placitum suum satis sumere, nisi tantùm prælibare; adeò quoq; quàm dulcis sit & suauis, prægustare tantùm potest. Quid itaq;? ait Desiderius, rationem ausculta, dixit Desiderivm Dei; Si homo hîc exsaturaretur & ad plenũ, atq; adeò pro libito, nunquam non affatim illum haberet fructum, detrectaret quippè ex hoc liberari ergastuli carcere, nec vel in Cælum perueniendi vnquam flagraret desiderio. Sed vt scias, nos ferè mori præ fame, & inediâ, & prolixiori languendo abstinentiâ, penitus jejunio diuturniore confici, expectantes tempus ac beatam spẽ donec ad Cœnam magnã Domini ac Regis nostri intrauerimus. Certè quemadmodùm Ceruus æstate desiderat aquam, ita diem illũ sitimus gau-

diosissimum. Fructus ille tantæ virtutis & roboris, vt vel pauxillulùm sumptum, latrantem cuiuluis stomachum (quantus quantus ille comedo fuerit) in tantũ possit explere, quò plus capere & auere non sufficiat. Nihilo minùs vbi cum Domino fuerimus grandiores, fortioresque, nobis præstabit stomachos, vt ad saturitatem de fructu illo sine vel nocumento edere valuerimus: si enimuerò quispiam plus hic sumere, quam ventriculus eius recipere ac sustinere quit, attentaret, profectò magis illi officeret quàm conduceret. Quapropter opus esse noueris, fructus memorati modicum solùm & præparcè sumi debere, donec ad locum veniamus, vbi illo, quem nunc nonnisi libare licet, affatim, superabundanter ac æternaliter refici & exsatiari mereamur.

CAPVT XI.

Quomodo DESIDERIVM DEI *adaptauerit & præpararît Desiderium, fructum illum manducare.*

QVæso, Domine mi, ait Desiderius, nõ detrectes permodicum fructus istius, quantum placuerit, etiamnum mihi dare gustandum. Priùs oportet, respondit DE-

SIDERIVM DEI (quippe cùm fructus hic non nisi in mundo asseruari & perdurare queat vasculo) vt purges dentes, os, fauces, oculos, faciem, manus ac pedes, quoad licuerit, quàm accuratissimè & ad summam laues munditiem. Vbi, percontatur Desiderius, aquam inueniam? Ad fontem viuum te ducam, inquit DESIDERIVM DEI, iugiter die noctuque salientem & scaturientem, qui SACRA RELIGIO nominatur; vbi Virgines è Domo accersæ, vltrò te abluent, totaliter mundum reddentes. Lætus, & ad hilaritatem vultu composito, exspectabat Desiderius, sed & confestim prospexit sibi DESIDERIVM DEI, prænominatis septum Virginibus, accelerare & appropriare ac dicere: Ecce Virgines istæ colluere te habent. Quarum primæ Vocabulum: DVLCEDO. Alteri, VNITAS vel VNANIMITAS. Alteri, COMPASSIO. alii, GRATIA. alii, BONITAS seu BENIGNITAS. alia, perlubentis animi seu LIBERE SPONTIS dicitur. MANSVETVDO ALIA. altera, AVCTORITAS seu GRAVITAS. Altera, GAVDIVM. altera DISCRETIO. alia vocitatur PIETAS. Hæc quippe tibi ministrabit herbulam te exhilarantem, atq; adeò appetitum ad comedendum cientem & prouocantem, quò

scilicet

ſcilicet vltroneè ſuauiori ac meliore co-
medas guſtu. Nam fructu illo tantum-
modò famelici, non vel alii dignantur po-
tiuntur & veſcuntur. Item alia præterea
Virgo vocitatur: RELIGIO. alia: PER-
SEVERANTIA. alia: CONSTANTIA. altera
PAX. altera: HABILITAS, ſeu APTITVDO.
altera: DILIGENTIA. alia: ORATIO. al-
tera LABOR. Vltima tamdem ſum ego:
vtpote: DESIDERIVM DEI, quæ nunquam
non huic præſto ſum ſodalitio. Cui ſi tu
quoque adhæſeris, illum fructum pariter
manducandū maximè juuauerit, ac per-
commodo tibi fuerit auxilio: Porrò fru-
gem illam, ſi ſemper comederis, vbique
tecum eædem Virgines ambulabunt, ne-
que vnquam te deſerent, ni ipſemet à te
illas expuleris; quia ſunt quodammodo
auidæ. In Viſum enimuerò fructum mox
& in inſtanti inuolant & inſiliunt, ſicut
apes mel impetentes; porrò luculentiùs
euidentiuſq; haud datur inditiū, aliquem
fructûs illius nonnihil habere, præter-
quàm ſi portæ, prædictas adſtare Videas
Virgines. Exultabundus Deſiderius, tam
apprimè ſe lotum abs Virginibus Videns.
Cui proin DESIDERIVM DEI ait: Quan-
doquidem, Frater, jam comediſti, etiam
te cantare debere memento. Dei enim-
uero

uerò famuli, comestione factâ, decantant, & toti in Laudes Dei, & Creatoris sui effunduntur : sed & in Domo hâc nemo est, quin cantum nouerit. Quî canere, quæ-rit Desiderius, debeam? Intremus respõdit DEI DESIDERIVM, Chorum, vbi præcentores seu cantores commanent : Quorum primus, dicitur, BENEDICTIO ; secundus, HONOR. Tertia, LAVS seu GLORIA audit. Quarta tandem nuncupatur : GRATIARVM ACTIO. Cum his tibi, nocueris, occinendum : sunt namque peritiâ musices præstantes, vocibusq; pollentes. Quali voce seu cantu occinam ? quærit Desiderius ; Primus præcentor est : BENEDICTIO præcinens Discantum, hic Dei laudat supremam potentiam. Secundus CONTRA-TENOR, occinens ac tribuens DEO honorẽ & infinitam illius dilaudans Sapientiam. Tertius dicitur : GLORIA seu LAVS, Tenorem decantans, laudando cùm DEVM ipsum, tùm immensam inscrutabilemq; illius Bonitatem, Virtutes omnes & singulas, Magnificentiam, pulchritudinem, adeoq; Vniuersa, quæcunq; tandem in seipso comprehendit, sanctum ac terribile nomen eius in idipsum deprædicans : Quartus postremò vocitatur, GRATIARVM ACTIO, ipque Bassus accinens

& persoluens Deo ac Domino nostro Gratias pro Vniuersis beneficiis, omnibus simul creaturis præstitis ac exhibitis.

CAPVT XII.

Quomodo Desiderius addidicerit cantu.

FOrma, modus, jubilus, concinnus cõcentus, consonantia aut vel harmonia dulcis ibidem canentium oppidò Desiderio placebat. cui DESIDERIVM DEI, ecce fatur, num reuerti eligeres? Quorsum ibo, ait Desiderius, aut vbi meliùs mihi esse poterit, qui vtpote tanto labore, solicitudine atq; vitæ periculo huc appuli? quippe quoniam reperi locum, quo pace desiderabili, omniq; solatio frui Valuero, illum haud immutabo, non vel hinc migrabo; communis namq; dicit parœmia: Vbi quispiam bene habet, ibi sedem figat, refert; sed & ingenuè fateor, mi Domine, me dehinc haud discessurum, nisi per vos ejiciar extrudar aut vel proscribar, adeoque per vim fiat, oportet. Nequaquam, infert DESIDERIVM DEI, nobis moris esse putes, expellere quempiam, nisi velit ipsemet, immò rogitamus, vt nobis commaneat. quatenus tamen sciat, nos nemine indigere, indicamus tempestiuè;

pestiuè; suauiter illum præmonentes & priùs interrogantes, Velitn' intus manere, nobisq; conuiuere. Tu autem siquidem nobiscum habitare percupis, scito quòd otiari non licebit. nemo enim inquilinorum, otio marcescere debet, aut vel inuerecundè ac turpiter tempus perdere. Quidnam, petit Desiderius, agere habeo? quicquid præceptum fuerit, infert Dei Desiderium; Cum autem nihil injunctum fuerit? percontatur Desiderius; Respōdit Desiderium Dei; Cantare & psallere, Dominumq; nostrum laudare ac ei benedicere tenebris: vt etenim cantes & psallas, admissum ac susceptum te noueris; adhuc autem, vbi quod præceptum est, perfeceris, percommodè intercinere in temetipso poteris: ne vel duntaxat cogitatus tui exspatientur vnquam, mensq; subinde diuagetur. Cæterùm si Domino nostro placere peroptes, familiaritati ac amicitiæ eius reconciliari, illoq; solo frui, adeoq; fructum facere ac referre aueas, quod ad potes & sufficis (sine tamē injuncti operis præjudicio) vnicè cùm illo ambules, conferas aut colloquaris oportet. Tum demùm videbis & arbitrari licebit ab ipso tibi dicta & insinuata; atque in maxima eius mysteria

& arcana introire, à mundi vel ſapientiſſimis abſcondita, poteris: Videbis quoq; quàm honorificè te habuerit, quantamque apud illum inieris gratiam & amicitiam. Itanè quilibet, percontatur Deſiderius, prælicenter & ad mentem ſuam, conclaue eius intrare, cum eoq; ſermonicari poteſt? Ita porrò; tamen comite ſemper HVMILITATE: atq; adeò potiſſimum illi gaudium eſſe dico, ſi homo eum excitet: Cum Naturâ nunquam ſolus eſſe velit, quantulæcunq; equidem vilis conditionis, plebeiæ ac infimæ licet natiuitatis quiſpiam ſit; nihilominùs eum affectuoſiſſimè amat, ſibi cohabitare, inquilinumq; agere gaudet. Tantæ quippe generoſitatis, nobilitatis, ac ſuperglorioſæ dignitatis eſt Dñus, vt perſonam cujuſuis indiſcriminatim, ſine vel vlla diſcretionis differentia reſpiciat; æſtimet autem animam humiliter piam & deuotam: tanti enim vna apud illum valet ac æſtimatur, quanti alia: cum omnes ex vno & eodem eduxerit opere. atque, quod maius eſt, quò perſonæ Viliores, inferioreſq; fuerint (ſi attamen ſe humilient) eò maiori eaſdē cōplectitur amore, ac plurima plerunque præſtat dona & beneficia. Sed & dico tibi, quòd maxi-

ma & potiſſima pars (ni parum admodùm aberrauero) intus, modicæ ſortis ſit, humili ac vili loco nata exiſtat. cùm Dominus noſter ignobilia & contemptibilia mundi elegerit, ne quiſpiam inquilinorum audeat cogitare aut vel ruminare, per ſe ſolùm intrò habitare commeruiſſe; atqui ſolâ & merâ miſericordiâ, benignitate ac gratia Diuinâ ſuſceptum eſſe, ſibi perſuadeat. Ergò igitur hîc manere ſi diſcupis aut vel deſideras, neque aliquo deſtitui, aut quandoque deficere, de die ac nocte cum pſallentibus pſallere, facere quoque & adlaborare, quî pſalmodiam tuam Dominus tuus approbare acceptareq; dignetur : ſequentia hæc obſerues, juuat. Primum eſt, Bona Volvntas. Secunda : Hvmilitas. Tertia, Patientia. Quarta, Charitas. ſi porrò cum quatuor iſtis cantaueris, nunquam aberrabis. & tametſi ſubinde exerres, parumq; deuote canas, nihilominùs attentè audiens derepentè iterùm ad cantum redibis, atq; adeò ſtudiosè auſcultando in odam dirigêris, nec non concordiſſimè recines. Primâ particulâ nempe Bona Volvntate Diſcantum præcines, cui adſtipulantur, quo & modificantur omnes reliqui cantus. Secundâ & Terciâ

HVMILITATE duntaxat & PATIENTIÂ Cō-
tra Tenorem occines: HVMILITATI nam-
que ac PATIENTIÆ propria sunt antilo-
gia, antipathia, contradictiones contra-
rietates, antiperistases aut contrapositio-
nes &c. quæ omnia voluntas contraponit
inuertit & immutat ac cōtorquet. Quar-
ta tandem scilicet CHARITATE omnis ge-
neris organorum & cantionum sympho-
nias ac modulamina percinere poteris,
magna soni concordiâ, atque animæ tuæ
simulque S. Spiritus suauitate ac dulce-
dine. porrò has si particulas perdidère,
aut vel cantando non nunquam te erra-
re contigerit, ad primum continuè re-
currito cantum. & licet voce vel animo
excideris aliorum globulorum seu nota-
rum, Domino nostro fauente aut opitu-
lante (cuius etiam gratiâ hûc te aduenis-
se noueris) atque auscultando Correcto-
rem, primæ meminisse juuabit particulæ;
ante omnia autem fructûs vltrò mandu-
candi & antea in DOMO HVMILITATIS co-
mesti; veputa: TIBIMET ipsi DIFFIDE-
RE. Et quò plus AMORIS ac DEI DESI-
DERII habueris; & ampliùs de iisce gu-
staueris, familiarior amicitiorq; Domino
nostro fueris; eò ampliùs ei de fructu
illo

illo porrigito. cùm perlubenti animo eô & Vascatur, & nunquam eundem aut respuat.

CAPVT XIII.

Quomodo DEI DESIDERIVM *introduxerit Desiderium in conclaue Domini. Simul atq; instructio breuis Orationis fundendæ.*

VNum te, ait Desiderius rogo (quippe quoniam jam susceptus, vobisque cohabitare dignus inuentus sum) velis me ad Dñum nostrum ducere, quò & illum noscam, manumq; ei exosculari Valeam. Mactè animo, ego sum, ait DESIDERIVM DEI propera veni, mecum. Desiderius totus tremebundus hæsit, cogitando se Dño supremæ maiestatis adstare, tantòq; pauore correptus & anxietate circumfusus, vt nec propius ad eum accedere ausus, penitus reuerti in animum induceret. Expensâ tamen Regis istius suauitate, nobilitate, amabilitate benignitate ad omnesq; affabilitate, confortatus & erectus animo, totam suam in eum jactauit fiduciam. Præstolare me hîc ad januam, dixit DEI DESIDERIVM, videbo, quid vel peragat Dominus, dicamq; te adesse præsto,

ſtò, ſibiq; loqui velle. Percuſſus pauo-re Deſiderius, cogitabat, quidnam Dynaſte tantò coram diceret. Interim Dei DESIDERIVM ait veni, jam enim Domino nunciaui, intrato igitur, ecce ad oſtium te exſpectò reuerſurum. Deſiderius cum reuerentia maximâ conclare ſeu ſolariũ pedetentim cæpit intrare, at confeſtim viſo Dño pronus in faciem cadens flere occepit, nec vel auſus caput aut oculos attollere. perprobè noſcens, ſe Domino noſtro inimiciſſimum offenſiſſimumque iſtactenus extitiſſe, quem & ſæpiculè irritarat, ac plurimis injuriarum probris, flagitiiſque laceſſerat, contumeliis atque conuitiis identidem diuexerat, exacerbâratuè tantùm, vt nec loqui, imò non vel hiſcere quidem potuerit, niſi FLERE ac GEMERE. conſiderans illam Dei bonitatem immenſam, indigniſſimè hucuſque à ſe habitam, atque adeò ſæpè ſæpiùs ad iram prouocatam. Quid rei aut negotii? ait Dei DESIDERIVM. Quidnam hîc agis? nihiln' mihi loqueris? exurge, quid deſideras? Deſiderius; Quid vel poſſum coram Diuina tua maieſtate dicere? Heu, Domine mi, non ſum dignus, qui impollutum os meum, non dico, aperiam, ſed nec in Diurnos tuos efferam oculos;

los; at tacitus & ſuſpirans Vitiorum ſcelera, impietatum adeò mearum nequitias, improbitates deplorare ac deplangere in amaritudine animæ meæ, maximas. Quî igitur, ait Dominus noſter hûc comparuiſti? Intraui, Domine mi, inquit Deſiderius, ratus me non vel commeruiſſe dignumque eſſe in Domo tua manere, multò minùs ad Te, conclaueq; tuum intrare. Quis igitur, petit Dominus noſter, te hûc introduxit? Tv, mi Domine, reſpondit Deſiderius, Tv traxiſti, Tv, vocaſti, Tv aperiri mihi, & intromitti juſſiſti. Ignoro planè, Domine mi, qua de cauſa, ſeu quid te permouerit? aut ad quid vel mei indigeas? Cui ſatiùs, quin pernimiùm foret, vt minimus tuorum ſeruorum, immò Domus tuæ mancipii munus obirem, ſed & idipſum nullâ prorſus commerui ratione, vtpote indigniſſimus. Tamen, Domine mi, quoniã me Vocaſti, & quia placitum erat ante te, vt cohabitarem tibi, tecumque loqui permîſiſti: Tu aperi labia mea, & oſtende, te coram quid vel dignè loqui debeã; pone in me Spiritum Timoris & reuerentiæ, quò Diuina tua Maieſtas non irretetur per me, aut cum probro & dedecore deinceps tibi ſeruiatur, non vel amodò jam à me ma-

ximo peccatore indignè habearis. hoc nanque maxima esset iniquitas ac scelus summum: cùm mallem potiùs meipsum vitâ interimere, quàm vel tædio fastidioque te coram apparere. Id enim si facerem, Angelis & Archangelis, atque adeò toti curiæ cælesti, (qui immensa lætitiâ ac reuerentiâ te diligunt, magnificant, & contremiscentes tibi famulantur) summam ignominiam, pœnam & injuriam irrogarem. Doce me igitur, Domine, quid dicam, aut vel facere debeam: ecce in manus tuas totissimum me trado, plenariè ac perfectè Tibi me dedo ac deuoueo. Da mihi Domine, Spiritum HVMILITATIS, quî tibi, pueris tuis, omnique Domui Tuæ, debitè ac meritoriè seruire Valeam, quò vel seruitium Tibi placeat, gratum existat, ac à me & in me jugiter omni loco & tempore lauderis atque benedicaris.

CAPVT XIV.

Quomodò Dominus noster, Desiderio se bellè gerendi ac scitè regendi, perpulchram doctrinam & regulam dederit.

EXurge, macte animo, jam jamq; angi noli aut cruciari, si amodò probitate

& meliorationem præfers promittisque, ac talem te esse qualem conuenit probas, vicissim ego, tædii, noxæ, omnisque injuriæ mihi hactenùs à te illatæ, nunquam memorabor. Quò tamen melior perfectiorq; euadas quatuor Verbula continuò animo versanda ac ruminanda vtpote tibi multùm vtilitatis allatura, ausculta. Accipe igitur duo hæc: EGO & TU, quæ prima sunt. Bina alia: CAPTIVVS & REX. Verba ista si rectè ac nauiter exercueris, adeoque in opus transferre strenuè studueris, ad magnam perfectionē ac munditiam cordis te promouebunt & juuabunt, contra omnes motus & incursus te protegendo ac tutando, facientque, quî cum omnibus inquilinis in pace, tranquilitate ac Charitate vitam degas & laudabiliter conuerseris. Efflictim precor, dixit Desiderius, edissere vsum ac exercitium Verborum illorum. Potes, ait DEI DESIDERIVM, omne tuum exercitium ad Verba prædicta detorquere & applicare; sunt namq; eximiæ considerationis & magnæ intelligentiæ, summasque includunt ac continent sententias è quibus solis, magni conscribi aut confici possent libri, per quos ad summam quispiam perfectionis apicem contingeret, sine aliorum indi-

gentia librorum. Occasione igitur arreptâ mecum duntaxat conferendi, aut vel opus injunctum perficiendi, quando te aridulum, segnem, indeuotum, frigidum aut distractum persenties, imaginare tibi inculcari verba hæc: Ego & Tu, & nihil prorsùs aliud; sicq; obliuiscere simul totum mundum atq; adeò omnia, quæ vel Vidisti vel audisti, vnquam; cogita quoq; neminem in toto esse vniuerso, nisi: Ego & Tu. Altera gemina verbula: Captivvs seu Mancipivm, & Rex; proderunt tibi in Domo Fratribus cõuiuendi, agendi & cõuersandi. Primò, videlicet: quòd omnium domesticorũ non sis, nisi Mancipivm. quò duntaxat humilis & obediens existas & maneas. Secundò, cogita te tuimetipsius esse Regem. porro Reges omnes ego summopere dito, illis jucunda ac læta plurima, bonasq; vitæ dies cõferens; instructio ista modò sufficiat; nunc in pace proficiscere. Cur, Domine mi vis, ait Desiderius, vt abam? Ne, inquît Dñus, vel autumes te promeruisse aut etiam dignum esse mihi cohabitare & semper adhærere, nisi quando voluero, aut vel te Vocabo; quò vanâ non extollaris aut pascaris gloriosâ aut præsumptione. proinde te, vbi mihi placuerit,

acceseri

accerſeri jubebo. priuſquam autem abe-as, relinquas mihi oportet, cor tuũ, quatenus vbicunq́; locorum fueris, quod habuiſti optimum, apud me exiſtat. Sine modò illud penes me: neque enim arbitreris, te, toties, quoties volueris idipſum præſtare poſſe. Ad maiorem inſuper tuî humiliationem; vtilitatem ac profectum, illud minimè apud me habere vellem; ſed vnum, quod hactenùs ignoras te edocebo, quòd, quò magis commodo, ſolatio ac gaudio ſeruorum meorum eſſe illaborare ſtudeam, eò ampliùs & frequentiùs ipſis tribulationes, afflictiones, ærumnas & aduerſitates ſuſtinendũ ſummittam. ſi tamen Canem tuum, BONAM VOLVNTATEM reliqueris, qui ſemper mihi (vt nunquam deſerat) adhærere poterit; ni ipſemet detrectes, quem & quotidiè mihi commendes, oportet. Deſiderius, cur quæſo opus eſt, quî tibi Canem iſtum commendem in dies, nonnè ſemel tradidiſſe ſufficeret? minimè, reſpondit Dominus noſter, non quia vel obliuiſcerer tui, ſed quò tu mei non obliuiſcaris, tibiſq; reſeratur via ac detur occaſio, me nunquam non retinendi memoriâ, vt tibi benefaciam, & commodo tuo, in adjutorium veniam. Nam quoad me: quid

detur aut quid apponatur mihi, si vel mei memineris, nec ne? Gratias fero immortales, inquit Desiderius; pridem enim tuam, Domine mi, BONAM VOLVNTATEM pernoui & clementiam perspexi, quæ sola in nobis omnia peragit & operatur, perinde, ac si egeno tibi melioramentum ex nostris accresceret operibus, vniuersa & singula in nostrum profectum, prosperitatem & salutem vertens ac dirigens.

CAPVT XV. & Vltimũ.

Quomodo Desiderius prænominata quatuor Verba à Dño sibi tradita reduxerit ad praxim, simul atq; de fructu ex illis oborto & proueniente.

ERgò igitur è conclaui Dñi nostri Desider: migrans & cor suum ei resignandoq;, relinquendoq; reperit DESIDERIVM DEI deforis ad ostiũ exspectans sibiq; dicens: Quid causæ, ô Desideri, prolixioris tuæ intùs cunctationis aut moræ? an putas Dño nostro multa perplacere Verba? Cùm subinde Verbulo plus efficere apud illum possis quàm centum aliis. Heu Domine, inquit Desiderius, Videre mihi Videor parùm admodùm inibi fuisse. Inambula, dixit DESIDERIVM DEI, & perlustra Domum vtpote jam susceptus. subsumpsit

sumpsit Desiderius; ad cellam nostram me conferam. Interea Desiderius pensabat & in dies mente voluebat ac reuoluebat prædicta sibiq; à Domino instillata verba, identidem dicens: EGO & TU. CAPTIVVS & REX: diuidens, congerens ac intermiscens eadem sæpiusculè: Verùm semper quadrabant & conueniebant. Vnumque accipiens ait: EGO: & postea aliud, CAPTIVVS dicens: Ego rectè ajo, quòd, ob AMOREM Domini mei, CAPTIVVS imò mancipium sim. sumens dein aliud, dixit: EGO REX. EGO quàm conuenientissimè dico, me esse REGEM, qui Dei sum seruus: nam illi seruire, est regnare ac imperare, atq; ideò non possum non esse, nisi omninò
REX., *Telos*.

PROEGMENA.

Seu duodecim dignitates & Beatitudines animabus à Domino collatæ & hîc summatim transcriptæ.

Primò. Anima est omnis pulchritudo, vis, virtusque operationum:

2. Anima est ad Imaginem, formam, pul-

pulchritudinem & similitudinem Dei facta & creata.

3. Anima, Naturâ, Essentiâ & Conditione tantâ roborata, vt nunquam; (sit vel beata, vel damnata) mori queat.

4. Animæ, ea inest Nobilitas, vt conclaue arca & Vas Dei, (quem cæli omnes capere nequeunt) audiat & existat: Anima, inquam, tanta est, vt nulla res creata, eam explere, satiare nisi Deus possit, & nisi eundem in se habeat.

5. Anima ex se, propriâ ac Naturali Virtute suâ, tam delicatissima, tenerrima subtilissima existit, quò vniuersa ac singula, quæcunq; tandem Devs creauit, ei innotescerent, ni corporis ergastulo, quò tenetur occlusa, præpediretur; vt insuper (quemadmodùm doctissimus adstruit Lelcotius) Iesvm prædulcissimum in corpore ac anima, Diuinamq; Essentiam in sacratissimo Altaris Sacramento sub Specie Panis & Vini velatam & occultam, cerneret.

6. Anima eâ donata est Nobilitate ac honore insignîta, dignataque, vt in sanguine Filii Dei ab originali labe, atque adeò vniuersis delictis lauata & emundata existat: nam eandem gratiæ Patris Cælestis recōciliandā, voluit Iesus prædul-

cissimus

cissimus atroci Crucis patibulo suffigi; amarissimamq́; subire mortem, quod næ pro millibus haud fecisset mundis.

7. Animæ propter pulchritudinem ac nobilitatem, Deus in Sponsam sibi delegit eam & accepit, heredemq́; constituit: si tamen homo peccata fugerit, criminumq́; baratra deuitarît aut vel pro ipsis pænituerit.

8. Pater eius Deus amantissimus, Saluator & Redemptor, Angelum ei bonum adhibuit, qui nusquam, vsq́; & vsq́; in mortē adeò ipsam deserat, licet totius mundi malitias & omnia flagitiorum ac scelerũ genera commiserit, perpetraritq́;.

9. Supremæ nobilitatis gratiâ neutiquam Deus supersedet (aut cessat eam in conscientia per synteresin potentiarum virtutumq́; eius inhæsionem) præcauere; commonofacere, instare, vrgere, adeoq; rogare eandem, quò se plenariè ac perfectè ad eum conuertat, fortiter viriliterque aggrediatur pœnitentiam & exnunc agere resoluat.

10. Anima vsq́; & vsq́; vinculo indissolubili, in gratia & Amore Sponsi sui ac Creatoris firmata & solidata existit, vt quantacunq́; peccata, scelera & flagitia, aut vel quoduis tandem aliud malum, in

cum cõmittat; gratiam & veniam (modò hanc ipſam debito tempore & horâ, congruâ, bono corde poſtulet aut deſideret, illiq; veram & puram contritionem præſentet ac offerat) abnuere aut denegare illi haud poſſit.

11. Præterea eiuſmodi qualitate forma figurâq; facta & creata eſt Anima, quò nulla res aut potentia, eã à propria voluntate auocare ſiue auertere, ſeu liberũ arbitrium ei adimere, nec vel idem deſerendum cogere aut compellere ſufficiat, ni delectet ipſam, aut ſibimetipſi complaceat; immò nec ipſe Devs glorioſus per potentiam ſuam præordinatam. Talis nanq; tantaq; Animæ eſt præſtantia, nobilitas & creatio.

12. Summa dignitas & excellentia Animæ in hoc nobis innoteſcit & declaratur, quòd nullo modo ſatis Deo viſum ſit, quin eam ornatiſſimè creârit, ac tanto redemerit pretio (vt ſupra dictum) verùm etiam in ſignum vnicæ ſuæ, excellentiſſimæq; Charitatis, auctoritatem & poteſtatẽ ei tribuit, quò ſeipsã corpore eius ſacratiſſimo, pretioſiſſimoq; pariter ſanguine reficere ac roborare valeat; præſtat hoc Anima per ſanctiſſimi Altaris Sacramenti ſub ſpecie Panis & Vini ſumptionem,

nem, per cuius ſacroſancti virtutem Sa-
cramenti, Anima hominis dignè perci-
pientis, in Fide firmatur. Spe alitur, Cha-
ritate accenditur & inflāmatur, ad omne
quoq; opus bonum excitatur, adornatur
adaptatur, & animatur, à peccatis mun-
datur, ſpiritualiter conſolatur, Deoque
magis ac magis reconciliatur; atq; adeò
per amorem cum eodem arctiùs conjun-
gitur, ligatur ac deuincitur. Omnia hu-
juſmodi dona, nobilitates, excellentias,
ſublimitates & dignitates cõtulit ei Devs,
plurima in Cælis daturus, tanta, inquam,
& tam pulcherrima, vt captum aut intel-
lectum hominis, quàm longiſſimè exce-
dant & tranſgrediantur.

*Sequuntur donaria, quæ Dominus no-
ſter daturus eſt illis, qui ob amorem eius,
membra ſua mortificauerint, carnem Spiri-
tui ſubiecerint, ſenſualitates deuin-
cerint ac detriumphauerint.*

1. Eiuſmodi ſeruis ſuis Dominus be-
neplaciti & ſuæ voluntatis copiam, &
claram, puramq; ſui notitiam ac cogni-
tionem ſubſeruiet tribuetq;.

2. Mediante Spiritu S. corda homi-
num præueniente & ad pietatem excitan-

te, atq; emolliente, imbrem lacrymarũ illis donabit ad vberrimum satietatem.

3. Mouebit aut suscitabit illis orexim, stomachum & famem, desideriumq; ad omne bonum & virtutes vsq; & vsq; capessendas, quò nulla vel virtus, aut opus super erogationis, illos subterfugere seu præterire potuerit, nec vel vllum peccatum eis nocere. Nam Dominus noster eos regit, replet virtutibus omnibus, aduersitatibus potat, sui amore explet exsatiatque; exspolians ac denudans omni voluntate propriâ; Cæterùm tanto amore complectitur tamq; disuauiatur amanter, ac nimis quàm strictè sibi deuincit eosdem, vt penitissimè amore sui diffluere faciat.

4 Propriâ dein semper gaudebunt voluntate: cùm non nisi, quod Deus vult, velint, amentq;, sed & nunquam, ob patientiam summam sibi inhærentem, vlla vel ignominiâ vel probro affici poterunt. Cùm haud quaquam moueri, turbari aut confundi poßint, ni Dominus noster priùs offendatur, quod nunquam non eos protegat ipsus, nolitque, quò aliquando coarctentur angustenturuè. Cæterùm vbi Cælum inscenderint, Deo & Cælitibus fruentur vniuersis; quia vo-

luntatem

luntatem ſuam Dei aſſimilauêre & conformauêre voluntati, quâ & in perpetuas non carebunt, egebunt aut deſtituentur æternitates.

Succedunt quædam ſcitu perneceſſaria hominem ad perfectionem perueniendi, præpedientia.

Primum eſt: Quia Deo in conſcientia noſtra rebelles & non obaudientes ſumus.

2. Quod Dei gratiâ doniiq; ingrati exiſtamus.

3. Quod futiliter, & infructosè, irreuocabile perdamus tempus, agendi pænitentiam vltrò à Deo nobis indulſum & conceſſum; quò vtpote præterita eheu miſerrimè amiſſa! inutiliſſimè, negligentiſsimeq; abſumpta ſpatia & momènta repetamus & recuperemus.

4. Quia vel vanis & inutilibus cogitationibus plus temporis lociq; tribuimus & inſumimus, quàm vocationibus & obligationibus noſtris, inſpirationibus Diuinis, aliorumque præmonitionibus impendamus; quæ omnia nobis Devs in dies præſtat & inſtillat, dummodò eis ſeſe applicare, aut colligere vel intelligere vellemus eadem.

5. Quòd vel aliorum vitia & defectus

priùs, frequentiusq; quàm propria pensemus, arbitremur, scrutemur, adeoque temerè iudicemus.

Sequuntur quædam perquam necessaria, hominem ad perfectionem suffragantia & quasi manu du-entia.

1. Quatenùs quispiam in quacunque aduersitate non adiuuari, nec vel eâ liberari aut absolui desideret.

2. Vt Amoris Dei ergò dictam, sine conquestu ac perlibenter sufferat aduersitatem.

3. Vt si accusetur quispiam aut culpitetur, excusare sese renuat.

4. Vt hilariter comiterq; aliorum fragilitates, imbecilitatesq; sufferamus: nostris autem minimè indulgeri aut ignosci, percupiamus ac desiderio inardescamus.

5. Quòd, quò grauiori, siue vel corporali vel spirituali, premimur aporiamur & agariamur pauperie, iugiter cogitemus, nos secundum culpas nostras & demerita, bonorum vltrò quàm satis habere.

6. Vt prauis nostris inclinationibus habitibusq; vsq; & vsq; refragemur, quò nesciamus, quid vel velimus aut cupiamus;

mus; neque etiam velle ac desiderare.

7. Vt nemini non concedamus & permittamus velle suum in nos adoriri & consumare, quantum animæ nostræ salutem concernit.

8. Quî semper Naturæ persuastrici obnitamur etiamnum maximè contraria (quousq; totaliter ac perfectè spiritui subdatur & obtemperet) facere contendamus & anhelemus.

9. Quî tempus taliter vertere ac ordinare perinde quasi in crastinum moritu-ri omnino pertinaci studio illaboremus.

10. Vt vsq; adeò scopemus Spiritum, & conscientiam nostram serenare adnitamur, atq; omnimoda labe depuratam seruemus, quó eam mors, ex insperato obruere nequeat.

10. Quatenus Vniuersa & singula á Deo cum gratiarum actione & patientia (quantũuis nobis recta fronte contraria) suscipiantur ante omnia verò, ex ijsce aduersis, quanta quanta ad portandum grauia aut pondorosa extiterint, propriũ attamen commodum & vtilitatem continuo haurire aut sumere inuigilemus.

12. Tandem, quî voluntatem suam vnusquisq; in Dei resignet voluntatem; omnem fiduciam suam & spem in eo ponendo.

Quod

Quod nobis præstet Sacro-Sancta & indiuidua
TRINITAS
Vnus
DEUS.

Duodecim Corporis infirmitates.

Caro quò magis	Peccans	eò magis	querula.
	vel melius nutritur		esurit.
	Vestita		friget.
	diligitur		insolescit.
	ei creditur		mentitur.
	punitur		murmurat.
	Satura	Eò minus	Contenta.
	honore afficitur		Deum curat.
	Ditior aut locupletior		satis habet.
	Perspicax aut intellectu perspicit		bona loquitur.
	Contempta & despecta		formidolosa.
	Propinqua Deo.		recognoscit.

Duodecim mundi præmia ex Taulero.

Mundi	Voluptas	Est	Immunditia
	Consilium		Superbia & auaritia [ma
	Seruitus		Dulcis, merces verò infir-
	Flos		pulcher, fructus verò me-
	Securitas		Proditio. [phitis seu
	Auxilium		Toxicum. [soliditas.
	Promissum		Mendacium
	Fide, seruatio		mera Deceptio.

Pro

Pro gãudio dat luctum & dolorem.
Confusionem pro honore, Falsitaté pro fidelitate.
Pro diuitiis paupertatem pernimiam. Pro vita æterna, secundum adeoq; mortem sempiternam.

Quam à nobis auertat Omnipotens & clementissimus DEVS.

Sequuntur duodecim Prophetiæ, aduentum Anti-Christi præuenturæ.

Spiritualis Poteſtas	Sine	Discretrione.
Iudicium		Iuſtitia.
Matrimonium		Fidelitate.
Diuites		Misericordia.
Pauperes		Humilitate.
Mulieres		Pudore.
Liberi	Sine	Timore.
Senes		Prudentia.
Iuuenes		Honore.
Subditi		Obedientia.
Principes		Potentia.
Plebs seu vulgus		Deuotione.



Errata.

Pagina 1 sub fin. Pastor lege Desiderius. p. 3 insportula l. in sportula. p. 5 ob ambulas l. obambulas. p. ib. sub fin. impensè. Pastores. l. impensè Pastores. p. 6 v. 5. transire. l. pertransire, ibid. sub fin. de serere. l. deserere. p. 9 v. 12 Hoc Est. l. hoc est. p. 10 v. 19 in-re. l. intrare. p. 12 v. 20 fore. l. foret. p. 14 in fin. anè. l. sanè. p. 18 comtem. l. contem. p. ibid. v. 29 sub fin. per necess. l, pernecessarium. p. 23 v. 3 intrinsecùs. l. ergo intrinsecùs. p. 26 v. 13. in super. l. insuper. p. 31 v. vlt. in fin. qui. l. quid. p. 32 v. 2 gratudo. l. gratitudo. p. 34 v. 11 st r. l. stare. p. 36 v. 5 decentem monstrat. l. decentem non monstrat. item v. 8 conniuenientia. l. conniuentia. p. 40 v. 20 notario l. notaris. p. 41 v. 8 quod leg. quid. p. 42 v. 21. sincidas l. incidas. p. 44 v. 13. patiantur. l. patiatur, aut acc 20. item v. 23. vum. l. vnum. item v. 28. ili l. illi. p. 49 v. vlt. intermissisturam l. intermissuram. p. 50 v. 22. teniuiscat l. reniuiscat. p. 53 v. 16. referatur l. referantur. item v. 27 te oportare l. exoportare. p. 54 v. 14. vocabo l. vacabo. item v. 20 esse l. esset. p. 55 v. 27. alsistam l. assistam. p. 57. v. 7 excobo. l. excubo. item v. 8. diceris, l. diicens. item v. 12 capere l. carpere. item v. 13 contrastare l. contrectare. item v. 22 ac cum ignarissimus scio sim, l. at cum ignarissimis scio. item v. 25. dinatorium appetititiuum. l. dinatorum appetituum. p. 58 v. 11. consciam l. conscientiam.

p. 59



p. 59 v. 21 lapſulq; l. lapſuq;. p. 50. v. 18 & p. 60 v. 18 & l. nec. p. 61 v. 15 gaudiat l. gaudia. p. 63 v. vlt. Virginis l. Virgines. p. 64 v. 14 aſſipiens l. cui aſſidens. item v. 19 dicipulà ceipus l. diſcipula cuius. p. 68 v. 23. ab alio l. ab omni alio. p. 70 v. 2 ſexcena l. ſexcenta. Item v. 4 attenim l. atenim. p. 73 v. 17 loci l. loqui. p. 77 v. 24 irrepetent, l. irreperent. p. 87 v. 8 paciter l. pacificer. item v. 11. quantam, l. quandam. p. 88 v. 5 illaq; illaqueretur, & illaqueatur, item v. 26 ipſius, l. ipius. p. 90 v. 1 habita l. habitæ. p. 91 v. 9 ideò l. adeo. p. 96 v. 22 ediſlere l. ediſſerere. p. 98 v. 9 percontactur, l. percontatur. p. 99 v. 8 nihilominus l. nihilò minùs. pag. 103 v. vltimo & habetur ſi, l. ſi habere. p. 104 v. 8 operaretur l. operetur. Item v. 10 futum leg. futurum. Item v. 19 elargueris leg. elangueris. p. 108. v. 10 dixit. leg. duxi. p. 111 v. 2 & l. & cadebat. p. 114 v. 6 quid, l. qui. p. 117 v. 3 intuit, l. intuitu. Item v. 6 medultus, l. medulitus. Item v. 13 perſonari, l. perſanari. Item v. 27 ſurgentem l. ſuggerentem. p. 118. v. 11 ſufficientem l. ſufficientem Deſiderium. p. 120 v. 24 herbos l. herbas. Item v. 25 iniunctanter, l. incunctanter. p. 123 v. 8 in audiens, l. inaudiens, Item v. 12 Cupiam l. cuipiam. Item v. 22 adifficultatem l. difficultatem. pag. 124 v. 4 proprio l. propior. p. 125 v. 8 offrigo, l. offreno. Item v. 11 reluctor, l. relucter. Item v. 28. ipſius, l. ipſe. p. 126 v. 1. omnia. l. omni. Item v. miracula clarere, l. miraculis clarere. p. 128 v. 12 præſtitis, l. præſtitit

l. præſtitit. p. 133 v. 25 nec vnde, l. necunde. p. 136 v. 2. cellula, l. & cellula. p. 144 v. 21. deoq; l. adeoq;. Item v. 23 decimum, l. delicium. Item v. 28 totius, l. tutius. p. 246 v. 24 erudis, l. rudis. p. 151 v. 26 recolentas, l. recolentes. p. 152 v. 20 inſpeculum, l. in ſpeculum. p. 153. v. 5. exhibitum, l. exhibitia. Item v. 11. manus, l. munus. Item 13. optempero. l. obtempero. pag. 154 v. 3. quin, l. aut. p. 155. v. 22 eſſe, l. eſſet. p. 156. v. 13 joccari, l. jocari. Item v. 21. ex non ſpatiandi, l. ex ſpatiandi. p. 158. v. 7. vel, l. quî. p. 164 v. 28 qua, l. quia. p. 171. 14. tenebris, l. teneberis. p. 173. v. 14. adlaborare, l. allaborare. p. 176. v. 9. pronus, l. pronuſque. Item v. alter. Diurnos, l. Diuinos. p. 177. v. 13. ſeruorum, l. ſeruorum eſſem. p. 178. ſeruitium, l. ſeruitium meum. p. 178. v. 17. poſſunt, l. poſſum.





